permulceo, umſächeln, ſchmeicheln, beruhigen: Aram: quam (Aram) flatu permulcet spiritus austri«; N II, 114.

senectutem: nulla consolatio ‖ consolatione ‖ permulcere posset stultam senectutem; C 4.

sensum: ille (status animum) pellit, qui permulcet sensum voluptate; F II, 32.

permultus, ſehr viel: A. alqd: permulta alia colligit Chrysippus; T I, 108. cum machinatione quadam moveri aliqnid videmus, ut sphaeram, ut horas, ut alia permulta; N II, 97. haec vetera et alia permulta; N III, 80. habes et respersionem pigmentorum et rostrum suis et alia permulta; D II, 84. ea Posidonius collegit permulta; O I, 159.

anni: ibi permultos ‖ per multos ‖ annos admirabili quadam laude provinciae praefuit; A II, 1. permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum; R II, 19.

errata: Democriti errata ab Epicuro reprehensa ... permulta; F I, 28.

exempla: permultorum exemplorum et nostra est plena res publica et ..; L II, 33.

falsa: videri possunt permulta somniantibus falsa pro veris; D II, 120.

gallinae: qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent; A II, 57.

genera: quo (iudicio) iudicatur ... varietas sonorum, intervalla, distinctio et vocis genera permulta; N II, 146.

imitatores: quod permulti imitatores principum existunt; L III, 31.

oblectamenta: posum persequi permulta oblectamenta rerum rusticarum; C 55.

res: quod (genus) ab Ennio positum in una re transferri in permultas potest; O I, 51.

signa: idem .. (deus) mittit .. signa nobis eius generis, qualia permulta historia tradidit; D I, 121.

testes: testes sunt permulti in utramque partem; O II, 43.

B, a. sunt: cetera, quae quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent; Lae 86.

b. conligo: permulta conlecta sunt ab Antipatro, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt; D I, 123.

corrigo, al.: aliorum iudicio permulta nobis et facienda et non facienda et mutanda et corrigenda sunt; O I, 147.

dico: ad has omnes visiones inanes Antiochus ..., permulta dicebat; A II, 49. cum a philosophis compluribus permulta dicantur, cur ..; F I, 31.

facio: qui permulta ob eam unam causam faciunt, quia decet; F II, 45.

c, l. permultum: in omni iniustitia permultum interest, utrum ..; O I, 27.

II. permulto: permulto clariora et certiora esse .., quae vigilantibus videantur, quam quae somniantibus; D II, 126.

permuto, völlig verändern: C. .. Gracchi ‖ Gracchus ‖ ruinis et ‖ tribunatus ‖ iis sicis ... nonne omnem rei publicae statum permutavit? L III, 20.

pernicies, Verderben, Untergang: I. est: haec .. est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes existimant; O III, 62.

evertit, inlabitur: quam sensim pernicies inlapsa in civium animos malis studiis malisque doctrinis repente totas civitates everterat; L II, 39.

nascitur: clamitasse magos pestem ac perniciem Asiae proxuma nocte natam; D I, 47.

potest: f. II, 1. adfero. invenio.

II, 1. adfero: qua nulla pernicies maior hominum vitae potuit afferri; O II, 9.

do: «illi perniciem dabo«; N III, 66.

invenio: nec ulla pernicies vitae maior inveniri potest quam in malitia simulatio intellegentiae; O III, 72.

2. converto ad: quid est tam inhumanum quam eloquentiam ... ad bonorum pestem perniciemque convertere? O II, 51.

incurro in: spe dubiae salutis in apertam perniciem incurrere; N III, 69.

specto ad: si ad perniciem patriae res spectabit; O III, 90.

III. proclivis ad: serpit † deinde res, quae proclivis ‖ proclivius ‖ ad perniciem, cum semel coepit, labitur; Lae 41.

IV. cum: ut satius fuerit nullam omnino nobis a dis inmortalibus datam esse rationem quam tanta cum pernicie datam; N III, 69.

in: in hac pernicie rei publicae ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam; O II, 79.

perniciose, verderblich, gefährlich, unheilvoll: I. mereor: quo perniciosius de re publica merentur vitiosi principes; L III, 32.

scisco: quid, quod multa pernicioseque, multa pestifere sciscuntur in populis? L II, 18.

elliptisch: pernicioseque .. Philippus ... «non esse ..;« O II, 73.

II. popularis: sapientis .. civis fuit causam ... pernicioseque populari civi non relinquere; L III, 26.

perniciosus, verderblich, gefährlich, unheilvoll: alqd: quae crescentia pernicioseque sunt, eadem sunt vitiosa nascentia; T IV, 41. di posticis si scissent pernicioseque fore illa filiis; N III, 77. si lacus emissus ... ad mare profuxisset, perniciosum populo Romano (fore); D I, 100. cur non sanciunt, ut, quae mala perniciosaque sunt,

Digitized by Google

habeantur pro bonis et salutaribus? L I, 44. etiamsi perniciosum aliquid populus acceperit; L II, 13.

adsentatio: ista adsentatio, quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest nisi ei, qui ..; Lae 97.

adsentatores: non benefici neque liberales, sed perniciosi adsentatores iudicandi sunt; O 1, 42.

causa: causam nec perniciosam et ita popularem, ut non posset obsisti; L III, 26.

error: in iis perniciosus est error, qui existimant ..; Lae 88.

genera: perniciosa .. (definieram genera) tribus illis totidem contraria; R II, 64.

invitamenta: multa etiam ad luxuriam iuvitamenta perniciosa civitatibus subpeditantur mari; R II, 8.

iuesa: qui perniciosa et iniusta populis iuesa descripserint; L II, 11.

morbi: morbi perniciosiores pluresque sunt animi quam corporis; T III, 5.

pars: quod unius vitio praecipitata (res publica) in perniciosissimam partem facillime decidit; R II, 43.

res: ut perniciosis etiam rebus ... nomen deorum tribueretur; N III, 63. rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditiouem atque discordiam; O 1, 85.

seditiones: quibus portentis magna populo Romano bella perniciosneque seditiones denuntiabantur; D I, 97.

status: (rei publicae genus) inclinatum et quasi pronum ad perniciosissimum statum; R II, 47.

tribuni: *non* nullos in omni memoria reperies perniciosos tribunos; L III, 24.

vitia: quae genera (rerum publicarum) ... habeut perniciosa alia vitia; R I, 44.

pernicitas, Behendigkeit: adde etiam ... pernicitatem et velocitatem; T V, 45.

pernocto, die Nacht zubringen, übernachten: alqs: nec umquam pernoctare solum; T V, 100.

animus: sapientis animum cum his habitautem pernoctantemque curis; T V, 69.

venatores: pernoctant venatores in nive in montibus; T II, 40.

pernosco, erkennen: qui (Zopyrus physiognomou) se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere; Fa 10.

perobscurus, sehr dunkel: natura: quae (natura deorum) cum mihi videretur perobscura; N I, 17.

quaestio: perdifficilis ... et perobscura quaestio est de natura deorum; N I, 1.

peroportune, sehr gelegen: ut me Cotta vidit, peroportune || peropportune ||, inquit, venis; N I, 15.

peroro, vortragen, beendigen: I, 1. in: quae (oratio) me in perorando cohortabatur, ut meminissem ..; N III, 5.

2. alqs: est mihi perorandum; A II, 147. cum ego te ... videam ... tribus horis perorare; F IV, 1. vel ad singula, quae requires, statim respondebo vel, cum perororis, ad omnia; N III, 4.

II. acc. c. inf.: restat, ut doceam atque aliquando perorem omnia ... hominum causa facta esse; N II, 154.

III. orationem: omuem .. orationem eius (Platonis) de legibus peroratam esse uno aestivo die; L II, 69.

perparvus, sehr unbedeutend: alqd: quae .., quom adsunt, perparva || per se parva || sunt; L I, 52. quom cetera perparva sint; L II, 47.

perpauculus, sehr wenig: qui me ... deduxit .. in Academiam perpauculis passibus; L I, 54.

perpaucus, sehr wenig: A. dies: qui (Scipio) ... perpaucis ante mortem diebus ... triduum disseruit de re publica; Lae 14.

homines: quos (homines) videmus, si modo ulli sunt, esse perpaucos; N III, 70.

res: duodecim tabulae cum perpaucas res capite sanxissent; R IV, 12. perpaucae res sunt, in quibus non dolus malus iste versetur; O III, 64.

B, **a.** utuntur: qua (calliditate) perpauci bene utuntur, ... innumerabiles autem improbe utuntur; N III, 75.

b, l. ohne Verb: in quo etsi (Strato) est magnus, tamen nova pleraque et perpauca de moribus; F V, 13.

II. balbutio: ille noster est plane ... Stoicus perpauca balbutiens || balbutiens ||; A II, 137.

conloquor: cum essent perpauca inter se uno aut altero spatio conlocuti; R I, 18.

dico: de quo quom perpauca dixero; L I, 34.

muto: si perpauca mutavisset; A II, 132. Democritea dicit (Epicurus) perpauca mutans; F I, 17.

elliptisch: tu vero iam perpauca scilicet; L I, 35.

perpaulum, sehr wenig: declinare dixit atomum perpaulum, quo nihil posset fieri minus; F I, 19.

perpendiculum, Bleilot: I. egeo: si id crederemus, non egeremus perpeudiculis, non normis, non regulis; A fr 8.

II. ad: si gravitate feruntur ad perpendiculum corpora individua rectis lineis, ut Epicuro placet; Fa 22.

perpendo, abwägen: quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpeuditur? Lae 97.

perpessio, Erdulden: I. adlicit: neque laborum perfunctio neque perpessio dolorum per se ipsa allicit; F I, 49.

facit: perpessio ceterorum facit, ut ea ... multo minora ... videantur; T III, 58.

II. officio: consuetudo .. laborum perpessionem dolorum efficit faciliorem; T II, 35.

perpetior, standhaft erdulden: I. 1. asper: si eum (dolorem) asperum et difficilem perpessu ... dixero; F IV, 72. ait ille (Hercules) »o multa dicta gravia, perpessu asperal« T II, 20.

difficilis: asperum est, contra naturam, difficile perpessu; T II, 29. [. asper; F IV, 72.

2. alqs: qui (casus) nobis miserabiles videtur audientibus, illi perpetienti erat voluptarius; F II, 65.

animus: „animus .. aeger", ut ait Eunius, „neque pati || † pati, poti || neque perpeti potest"; T III, 5.

II alqd: eos ... omnia .. perpeti ipsa cogitatione ... captos; F V, 48. Zeno proponatur Eleates, qui perpessus est omnia potius, quam ..; T II, 52. nihil est, quod ... non parati simus et ferre et perpeti; T II, 58. qui cum multa sint saepe perpessi, facilius ferunt, quicquid accidit; T III, 67. (sunt) alii, qui quidvis perpetiantur; O 1, 109. Aiax ... milies oppetere mortem quam illa perpeti maluisset; O 1, 118.

Digitized by Google

aerumnas: an (malis) ... vel Herculis perpeti aerumnas; F II, 118.

dolorem: iidem etiam dolorem saepe perpetiuntur; F I, 48. cum traduntrationem neglegendae mortis, perpetiendi doloris; O III, 118.

labores: in perpetiendis laboribus adeundisque periculis; F II, 113.

mendicitatem: cum .. mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant; F V, 32.

res: fortitudo est .. adfectio animi legi summae in perpetiendis rebus obtemperans; T IV, 53.

perpetuitas, Fortdauer, Dauer, Stetigkeit, Fortgang, Zuſammenhang: 1. est: cui (nocti) *si* similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis, quis me beatior? T I, 97.

II, 1. diffido: qui .. diffidet ‖ diffidit ‖ perpetuitati bonorum suorum; F II, 86.

2. specto ex: non .. ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex perpetuitate atque constantia; T V, 31.

III. vinculum ad: consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram quam illa, quibus ..; Ti 40.

IV. ad: benivolentia fidelis (est) vel ad perpetuitatem; O II, 23.

causa: quod perpetuitatis causa machinata natura est; N II, 128.

in: neque .. in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis vita beata dici solet; F II, 87. ut constare in perpetuitate vitae possimus nobismet ipsis; O I, 119.

perpetuo, beſtändig, ununterbrochen: facio: quod .. perpetuo Lucullo loquente fecerat; A II, 63.

fallo: »fide sacratae ius perpetuo (Ulixes) fallere«; O III, 98.

maneo: ob eam .. causam (ea sidera) suis sedibus inhaerent et perpetuo manent; Ti 36.

permaneo: ‖ quamquam optatissimum est perpetuo fortunam quam florentissimam permanere; R fr 5 ‖.

perpetuus, beſtändig, ununterbrochen, bouernd, allgemein giltig: A. cogitatio: nihil est .., quod tam obtundat: aegritudinem quam perpetua in omni vita cogitatio nihil esse ..; T III, 34.

commendatio: fundamentum .. est perpetuae commendationis et famae iustitia; O II, 71.

conservatio: quid loquar, quanta ratio in bestiis ad perpetuam conservationem earum generis appareat? N II, 128.

constantia: cum ... eam .. (gravitatem Cato) ipse perpetua constantia roboravisset; O I, 112. una virtus est consentiens cum ratione et perpetua constantia; P 22.

conversiones: ſ. cursus; L I, 24.

cursus: earum .. (stellarum) perennes cursus atque perpetui .... declarant ..; N II, 55. perpetuis curribus ‖ [curribus] ‖ conversionibusque caelestibus extitisse quandam maturitatem serendi generis humani; L I, 24.

facultas: de sapientium perpetua bene vivendi facultate; T V, 120.

fama: ſ. commendatio.

gaudia: ex perpetuis .. plenisque gaudiis cum perspicuum sit vitam beatam existere; T V, 67.

immortalitas: quae (immortalitas) poterat esse perpetua; R III, 41.

ironia: Ironiam .. alterius, perpetuam praesertim, nulla fuit ratio persequi; A II, 74.

iucunditas: quodquia nullo modo sine amicitia firmam et perpetuam iucunditatem vitae tenere possumus; F I, 67.

iustitia: ſ. potestas; R II, 43.

lex: idem .. (Chrysippus) etiam legis perpetuae et aeternae vim ... lovem dicit esse; N I, 40. omnia nocturna ... in media Graecia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit; L II, 37.

lumen: »quem (Capricornum) cum perpetuo vestivit lumine Titan«; N II, 112.

oblivio: ut .. adversa quasi perpetua oblivione obruamus; F I, 57.

oratio: oratoria ‖ [or.] ‖ vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae ad persuadendum accommodatae; A I, 32. uti oratione perpetua malo quam interrogare aut interrogari; F I, 29. perpetua oratione contra disputatur; F II, 2. quamquam admodum delectatus sum eius oratione perpetua; F II, 3. quasi vero .. perpetua oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit; F II, 17. ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio; Fa I. non solum illa subtili disputatione (animus) sibi utendum putabit, sed etiam fusa latius perpetua oratione; L I, 62.

ornatus: ut .. perpetuus mundi esset ornatus; N II, 127.

peregrinatio: exilium ... quantum tandem a perpetua peregrinatione differt? T V, 107.

potestas: in qua re publica est unus aliquis perpetua potestate, praesertim regia; R II, 43. ut unius perpetua potestate et iustitia omnique sapientia regatur salus ... civium; R II, 43. nostri .. omnes reges vocitaverunt, qui soli in populos perpetuam potestatem haberent; R II, 49.

ratio: constans et perpetua ratio vitae ... sua natura * ‖ iudicabitur ‖ ; L I, 45.

sacra: »sacra privata perpetua manento«; L II, 22. nunc de sacris perpetuis ... restat; L II, 45. ut ... perpetua sint sacra ‖ [sacra] ‖ ; L II, 47.

selectio: sequitur deinceps cum officio selectio, deinde ea perpetua; F III, 20.

signa: »ea ... haec fore perpetuis signis clarisque frequentans .. deum genitor ... canebat«; D I, 19.

sumptus: quae (pecunia) perpetuos sumptus suppeditet; O II, 42.

voluptates: constituamus aliquem magnis, multis, perpetuis fruentem et animo et corpore voluptatibus; F I, 40. istam voluptatem perpetuam quis potest praestare sapienti? F II, 69. perpetuisne malis voluptatibus perfruens in ea ... tranquillitate degere omnem aetatem sine dolore; F II, 118. perpetuas et contextas voluptates in sapiente fore semper; T V, 96.

B. in perpetuum: ut, si fieri possit, (sapiens) virtutem in perpetuum abiciat, ut dolore omni liberetur; F V, 93. ea lege esse nos natos, ut nemo in perpetuum esse posset expers mali; T III, 59.

perpolio, glätten, vervollkommnen, verfeinern: alqm: cum superiores alii fuissent in disputationibus perpoliti; R I, 13.

alqd: haec etsi praeclare, nondum tamen perpolita; F V, 88. ut ... id omne, et quae consequentia essent, perpolirent et absolverent; Ti 46.

perpropinquus, ſehr nahe: sid ... populo commutationem rerum portendit fore perpropinquam«; D I, 45.

perpurgo, reinigen, ins Reine bringen: cervas: cervae .. paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae seselis dicitur; N II, 127.

locum: perpurgatus est is locus a nobis quinque libris; D II, 2.

perquam, gar ſehr: I. inanis: illud ...

perquam inane: ▪neque sepulcrum, quo recipiat, habeat portum corporis▪ T I, 107.

flebiliter: apud illum (Sophoclem) .. perquam flebiliter Ulixes lamentatur in volnere; T II, 49.

perquiro, durchforschen: videmusne, ut pueri ne verberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur? F V, 48.

perraro, sehr selten: quae (verba) perraro appellantur ab Epicuro; F II, 51. si quando id efficit, quod perraro potest; R II, 67.

perrumpo, durchbrechen, durchbohren, unwirksam machen: aëra: necesse est ... ab iis (duobus generibus) perrumpatur et dividatur crassus hic ... aër; T I, 42. accedit, ut eo facilius animus evadat ex hoc aëre ... eumque perrumpat, quod ..; T I, 43.

artus: ▪hos ille (Mulciber) cuneos fabrica crudeli inserens perrupit artus▪; T II, 23.

iudicia: vidimus ... iudicia perrupta ab isdem corruptela ‖ [corruptela] ‖ hominum, non deorum; L II, 43.

leges: negleget leges easque perrumpet, si poterit, is, qui ..; L I, 42.

poenam: quam (poenam legum) saepe perrumpunt; O III, 36.

persaepe, sehr oft: I. bei Verben: cuius ego sphaeram cum persaepe propter Archimedi gloriam nomen audissem; R I, 21. ut et ipse intellego et ex te persaepe audio; L I, 5. quae (res publica Atheniensium) persaepe commutata est; R II, 2. quod memineram persaepe te cum Panaetio disserere solitum; R I, 34. hoc persaepe facitis, ut ... adferatis aliquid, quod ..; N I, 69. facit .. per se ‖ persaepe ‖ ipsa sibi audientiam diserti senis ... mitis oratio; C 28. quod persaepe fit; Lae 75. in quo (homine) mors non modo necessaria est, verum etiam optanda persaepe; R III, 34. id quod iam persaepe perfecit; R III, 4. quarum etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata persaepe est; O II, 49. persaepe (Deiotarus rex) revertit ex itinere; D I, 27.

II. bei Objectiv: ubi (iudicia) sunt, tameu persaepe falsa sunt; L I, 40.

III. Gäufe: ▪ determinus et ex hac vel optimatium vel factiosa tyrannica illa vel regia vel etiam persaepe popularis; R I, 45.

perscribo, niederschreiben, aufzeichnen, eintragen: I. alqs: ut perscripsit Plato; R II, 51.

II. aequitatem: belli .. aequitas sanctissime fetiali populi Romani iure perscripta est; O I, 36.

decreta: ▪ast potestas par maiorve prohibessit, (decreta) perscripta servauto ‖ [ast ... servauto] ‖▪; L III, 10.

genera, al.: omnium ... rerum publicarum rectionis genera, status, mutationes, leges etiam et instituta ac mores civitatum perscripsimus; F IV, 61.

sermones: qui (sermones) ab iis, qui illum audierunt, perscripti varie copioseque sunt; A I, 16. ita multi sermones perscripti sunt; A II, 74. quadridui .. sermonem superioribus ad te perscriptum libris misimus; T V, 11.

status: ſ. genera.

perscrutor, durchsuchen: sic uoctu ad eas (uxores Dionysius) reutitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ‖ specularetur ‖ ante; T V, 59.

perseco, zerschneiden: ecquid nos eodem modo rerum naturas persecare, aperire, dividere possumus? A II, 122.

persequor, nachfolgen, nachgehen, aufsuchen, verfolgen, durchgehen, durchforschen, behandeln, fortsetzen, durchführen: I. alqs: ut .. sit apud illos ... ordo rerum conservatus, ... tameu persequi non debemus; F IV, 53.

superstitio: instat .. (superstitio) et urget et, quo te cumque verteris, persequitur; D II, 149.

II. inbir. Frage: in quibus (litteris), quantum potuimus, .. quid ... diceretur, persecuti sumus; F I, 12.

III. alqm: totum prope caelum, ne pluris persequar, uonne humano genere completum est? T I, 28. ista .. me imago Marii in campum Atinatem persequebatur? D II, 197.

alqd: quae .. ab his dicuntur, sic persequamur, ut ..; A II, 45. qui (Plato) certe tam multis libris haec persecutus non esset, nisi probavisset; A II, 74. reliqua subtilius persequentes; F IV, 17. inchoata persequimur; F V, 51. nec, qui pauca perceperit, non idem reliqua eodem studio persequetur; T II, 1. eos ... in eo persequendo atque adipiscendo dolore uon frangi; T II, 66. uon omnia deos persequi; N III, 93. reliqua postea persequemur; Fa 7. ut tamquam magister persequerer omnia; R I, 28. id persequar, si potero, subtilius; R II, 42. viane ... ea .., quae restant, in illis almorum umbraculis persequamur? L fr 4. quouiam omnia persequimur, volumus quidem certe; O I, 138. reliqua deinceps persequemur; O II, 89. sic ea, quae Panaetius praetermisisset, ... uemiuem persecutum; O III, 10. quae vereibus persecutus est Ennius; C 16. quae .. etiam in Sabiuis persequi soleo; C 46. nihil est, quod illi uon persequantur argutiis; Lae 45.

Academiam: si .. Academiam veterem persequamur; A I, 7.

agellos: minora di neglegunt neque agellos singulorum nec viticulas persequuntur; N III, 86.

annales: qui diligentissime persecuti sunt temporum annales; R II, 29.

antiqua: qui studiose antiqua persequeris; F I, 36.

aquam: veluti crocodili fluviatilesque testudines quaedamque serpentes ortae extra aquam ... aquam persequuntur; N II, 124.

artem: an ille ... eas .. artes persequeretur? F I, 72. ſ. disciplinam.

causas: persecutus est Aristoteles animantium omuium ortus, victus, figuras, Theophrastus autem stirpium naturas omniumque fere rerum, quae e terra gignerentur, causas atque rationes; F V, 10. prognosticorum causas persecuti sunt et Boëthus Stoicus ... et noster etiam Posidonius; D II, 47.

copiam: nec .. sum copiam, quam potui, ... persecutus; F V, 64.

cursus: qui e Caucaso caeli signa servantes numeris et modis ‖ [et motibus] ‖ stellarum cursus persequuntur; D I, 36.

disciplinam: hanc amplissimam omnium artium, bene viveudi disciplinam, vita magis quam litteris persecuti sunt; T IV, 5.

fibras: haec sunt illae fibrae stirpium, quas initio dixi, persequendae et omnes eligendae ‖ elidendae ‖; T III, 84.

figuras: ſ. causas; F V, 10.

genera: sequitur, ut haec officiorum genera persequar; O II, 1. haec genera officiorum qui persequentur ‖ persequuntur ‖; O II, 85.

hereditates: qui legatione hereditates aut sygraphas suas persequuntur; L III, 18.

Digitized by Google

historiam: quam (historiam) solemus persequi usque ad extremum; F V, 51.

imperatorem: fore ut exercitus imperatorem ... persequeretur; N III, 15.

inimicitias: ut .. (L. Lucullus) admodum adulescens ... paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus; A II, 1.

iroiam: ironiam .. alteriua, perpetuam praesertim, nulla fuit ratio persequi; A II, 74.

motus: qui siderum motus numeris persequuntur ‖ persecuntur ‖; D II, 17.

naturas: ſ. causas; F V, 10.

oblectamenta: possum persequi permulta oblectamenta rerum rusticarum; C 55.

officium: in omnibus officiis persequendis animi est adhibenda contentio; T II, 55. quinque .. rationibus propositis officii persequendi; O II, 9.

originem: omnium virtutum et originem et progressionem persecuti sunt; F IV, 17.

ortus: ſ. causas; F V, 10.

otium: otium persequimur; O III, 1.

partes: ipse .. (Strato) singulas mundi partes persequens; A II, 121.

philosophiam: Brutus ... sic philosophiam Latinis litteris persequitur, .. ut ..; A I, 12.

praecepta: qui ... hoc ipso tempore praecepta officii persequamnr; O II, 7.

progressionem: ſ. originem.

quaestiones: non persequor quaestiones infinitas; A II, 117.

rationes: ſ. causas; F V, 10.

reliquias: quam palmam utinam di inmortales, Scipio, tibi reservent, ut avi reliquias persequare! C 19.

res: est .. ars in iis, qui novas res coniectura persequuntur; D I, 34. is .. (Silenus) diligentissume res Hannibalis persecutus est; D I, 49. eae res, quas ingenio ac ratione persequimur, gratiores sunt quam illae, quas viribus; O II, 46. has res commodissime Xenophou Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur; O II, 87. eius modi .. credo res Panaetium persecuturum fuisse; O III, 33.

reges: prospicere .. iam videor te reliquos reges persequente quasi perfectam rem publicam; R II, 22.

sententiam: antiquorum .. sententiam Antiochus noster mihi videtur persequi diligentissime; F V, 14.

societatem: a quo initio profectam communem humani generis societatem persequimur; F III, 62.

sollertiam: quis .. opifex praeter naturam ... tantam sollertiam persequi potuisset in sensibus? N II, 142.

syngraphas: ſ. hereditates.

vestigia: ut hodie stet Asia Luculli institutis servandis et quasi vestigiis persequendis; A II, 3.

victus: ſ. causas; F V, 10.

viticulas: ſ. agellos.

vocabula: simili .. ratione (Chrysippus) persequitur vocabula reliquorum deorum; N I, 40.

voluptatem: quod (luxuriosi) ita viverent, ut persequerentur cuiusque modi voluptates; F II, 22. eam .. (voluptatem) ita persequitur; F II, 29. quas .. (voluptates Epicurus) non erubescens persequitur omnis nominatim; N I, 111.

utilia: quis (est) potius, qui ea (utilia) non studiosissime persequatur? O III, 101.

utilitates: longum est mulorum persequi utilitates et asinorum; N II, 159.

persevero, verharren, beharren: I. alqs: * Asia Ti. Gracchus, perseveravit in civibus; R III, 41. perseverss tu quidem et in tua vetere sententia permanes; L III, 26. si (Ulixes) in illa simulatione perseveravisset; O III, 98.

homo: homo acutus ... in eadem sententia perseverabat; N III, 88.

II. acc. c. inf.: cum ... Orestes .., ita ut erat, Orestem se esse perseveraret; Lae 24.

persolvo, bezahlen, einlöſen, büßen: poenas: (C. Blossius) poenas rei publicae graves iustasque persolvit; Lae 37.

votum: votum patris Capitolii aedificatione persolvit; R II, 44.

persona, Maske, Rolle, Stellung, Rang, Charakter, Perſon: I, 1. accedit: nulla est .. persona, quae ad vicem eius, qui e vita emigrarit, propius accedat; L II, 43.

disserit: idonea mihi Laeli persona visa est, quae de amicitia ea ipsa dissereret, quae ..; Lae 4.

est: extrema illa persona est, ut is ... proinde habeatnr, quasi eam pecuniam ceperit; L II, 49. intellegendum etiam est duabus quasi nos a natura iudutos esse personis; quarum una communis est ex eo, quod ..., altera antem, quae proprie singulis est tributa; O I, 107. ſ. accedit.

loquitur: quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur, quam eius, qui ..; Lae 4.

videtur: ſ. disserit. loquitur.

2. sum: haec .. etiam in fabulis stultissima persona est improvidorum et credulorum senum; Lae 100.

II, 1. accommodo: dnabus iis personis, quas supra dixi, tertia adiungitur, quam casus aliqui aut tempus inponit; quarta etiam, quam nobismet ipsi iudicio nostro accommodamus; O I, 115.

adiungo: ſ. accommodo. V, 2. sine.

commemoro: Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis, heroicae personae; N III, 71.

conficio: quam gravia .., quam magnifica, quam constans conficitur persona sapientis! F III, 75.

dico: ſ. accommodo.

gero: ipsi .. gerere quam personam velimus, a nostra voluntate proficiscitur; O I, 115. est .. proprium munus magistratus intellegere se gerere personam civitatis; O I, 124.

impono: nobis .. personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia praestantiaque animantium reliquarum; O I, 97. ſ. accommodo.

induo: qui (Epicurus) tantum modo induit personam philosophi et sibi ipse hoc nomen inscripsit; T V, 73. ponit .. (vir bonus) personam amici, cum indnit iudicis; O III, 43.

inligo: qui sermonibus eius modi nolint personas tam graves inligari; A II, 6.

pono: ſ. induo. — tribuo: ſ. I, 1. est; O I, 107.

2. sum: qui ... genus hoc scribendi, etsi sit elegans, personae tamen et dignitatis esse negent; F I, 1.

3. adiungo: ſ. 1. accommodo.

servio: illud ... idcirco recte a poëta, quia, cum tractaretur Atreus, personae serviendum fuit; O III, 106.

4. abhorreo a: neque oratio abhorrens a persona hominis gravissimi; R I, 24.

accommodo ad: ut ... (statnm) ad personam accommodamus; T III, 79.

iudico ex: poëtae, quid quemque deceat, ex persona iudicabunt; O I, 97.

III, 1. aptus: quid aptum sit personis, temporibus, aetatibus; O I, 125.

2. dignus: cum id, quod quaque persona dignum est, et fit et dicitur; O I, 97. est .. digna persona oratio; O I, 97.

Digitized by Google

IV. gloria: vereor interdum, ne talium personarum cum amplificare velim, minuam etiam gloriam; A II, 5.

gravitas: personae gravitatem intuentes; T II, 49.

varietas: poëtae in magna varietate personarum, ... quid deceat, videbunt; O I, 98.

V, 1. indui: ſ. I, 1. est; O I, 107.

2. in: inlustribus in personis temporibusque exempla hominum rerumque desinio; R II, 55. ut ait idem Terentius, sed ille in Gnathonis persona; Lae 93.

sine: id habet aut generis ipsius sine personis temporibusque aut iis adiunctis facti ... controversiam; F IV, 6.

persono, erſchallen laſſen: quas (res) isti in angulis personant; R I, 2.

perspicax, einſichtsvoll: alqd: sequemur ... id, quod acutum et perspicax natura est; O I, 100.

prudentia: »quodni Palamedi perspicax prudentia istius (Ulixis) percepset malitiosam audaciam;« O III, 98.

perspicientia, Einſicht: aut .. (honestum) in perspicientia veri sollertiaque versatur aut ..; O I, 15.

perspicio, deutlich ſehen, durchſchauen, beſchauen, muſtern, erkennen, wahrnehmen: I. **abſolut:** (si sapiens) a perspiciendo temporis brevitate excluditur; A II, 53.

II. **mit Erweiterung:** 1. **indirecte Frage:** ut perspiciatis, nnde omnis iste natus error sit voluptatem accusantium doloremque laudantium; F I, 32. ista varietas quae sit, non satis perspicio; F II, 10. perspiciendi, quid in quaque re sit, scientiam; F II, 18. si perspexerit, rerum inter eas (rationes) verborumne sit controversia; F II, 38. ut perspiciamus, si potnerimus, quidnam a Zenone novi sit allatum; F IV, 14. cum (animal), ... quatenus quidque ‖ quidquid ‖ se attingat ad eque pertineat, perspicere coepit; F V, 24. adhuc meo fortasse vitio, quid ego quaeram, non perspicis; F V, 78. qui ... etndiose .. perspicerent, quid ageretur et quo modo; T V, 9. sic ventorum et imbrium signa, quae dixi, rationem quam habeant, non satis perspicio; D I, 16. cum, quid ex quoque eveniat, ... crebra animadversione perspectum est; D I, 109. quid est, ... cur ii, quid ex quoque eveniat, ... perspicere non possint? D I, 131. ut .. quisque maxime perspicit, quid in re quaque verissimum sit; O I, 16. quarum (rerum) una est in perspiciendo, quid in quaque re verum sincerumque sit; O II, 18. ex quibus ‖ quibus ‖ perspici possit, quid sit propter turpitudinem fugiendum; O III, 33. quanta vis amicitiae concordineque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis perspici ‖ percipi ‖ potest; Lae 23. ſ. III. alqm; Lae 63.

2. **nomin. c. infin.:** quae (res) inesse in homine perspiciantur ab iis, qui se ipsi velint nosse; L I, 62.

3. **accus c. infin.:** extremum .. esse bonorum voluptatem ex hoc facillime perspici potest; F I, 40. eadem ... sententia confirmavit animum, ... quae perspexit ... praesidium esse firmissimum; F I, 68. nisi eum (A. Torquatum) perspicerem mea causa mihi amicum fuisse, non sua; F II, 72. is plane perspiciet inter Hippocentaurum, qui numquam fuerit, et regem Agamemnonem nihil interesse; T I, 90. rationem, consilium, prudentiam qui non divina cura perfecta esse perspicit; N II, 147. non perspicitis aleam quandam esse in hostis deligendis? D II, 36. ex quo perspicitur ... illud effici, ... ut ..; L I, 34. sic .. mihi perspicere videor, ita natos esse nos, nt inter omnes esset societas; Lae 19. nec forti (viro) fortiorem ... posse fieri facillume potest perspici; P 21. ſ. III. alqd: Ti 33.

III. **mit Object:** alqm: si te ipse et tuas cogitationes et studia perspexeris; F II, 69. quom se ipse perspexerit totumque temptarit ‖ temptarit totumque perspexerit ‖; L I, 59. quidam saepe in parva pecunia perspiciuntur quam sint leves; Lae 63.

alqd: si .. dicent ea, de quibus disserent ‖ disseruat ‖, se dilucide perspicere; A II, 44. quod primum in terrena natura perspici potest; N II, 25. qua arte (haec) perspici possint; D I, 23. quod erit ei (medico) perspectnm in arte; Fa 15. quod qui parum perspiciunt; O II, 10. quod in quo viro perspectum sit ‖ est ‖; O II, 38. illud perspici et intellegi potest, ... nnnum ... compleri ..; Ti 33.

bonitatem: cum eorum ... virtutem et bonitatem perspicere videantur; Lae 29.

bona: in singulis si perspiciunt necopinata quaedam bona; O II, 36.

caelum: idem .. (animus) quom caelum, terras, maria rerumque omnium naturam perspexerit; L I, 61.

cogitationes: ſ. alqm; F II, 69.

coninnctionem: si hominum inter ipsos societatem coniunctionemque perspexeris; L I, 28.

conligationem: si quis mortalis possit esse, qui conligationem causarum omnium perspiciat animo; D I, 127.

consilia: aliquem nostrum ... consilia deorum inmortalium perspicere potuisse; D II, 114.

conversiones: cum (sapientis animus) totius mundi motns conversionesque perspexerit; T V, 69.

divinitatem: hac mundi divinitate perspecta; N II, 39.

errores: nationum varios errores perspicere cum liceat; T I, 108.

fabricationem, figuram: si erit tota hominis fabricatio perspecta omniaque humanae naturae figura atque perfectio; N II, 133.

fontes: fontis .. earum (legum) utique perspexerit; R V, 5.

imbecillitatem: ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem varietatemque fortunae; O I, 90.

levitatem: ex hoc genere toto perspici potest levitas orationis eorum; A II, 53.

lumen: quod in eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videamur; Lae 27.

maria: ſ. caelum. — motus: ſ. conversiones.

naturam: occulta natura est neo perspici nec cognosci potest; F V, 41. quodsi talis nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri et perspicere ... possemus; T III, 2. ſ. **natura,** II, 1. perspicio (7 St.) B. II, S. 639, b.

perfectionem: ſ. fabricationem.

pulchritudinem: si quis ... pulchritudinem siderum perspexisset; Lae 88.

quaestiuncnlas: quas (quaestiuncnlas), qni intellegat † non ... per se ipse facile perspiciat; L II, 51.

rationem: in qua (civitate) ratio rerum civilium perspici posset; R II, 52. ſ. vim; F I, 63.

regna: qui haec deorum regna perspexerit; R I, 26.

res: quo facilius res perspici possit; F III, 54. eas (res) Stoicis esse perspectas; F IV, 62. totos .. nos in contemplandis rebus perspiciendisque ponemus; T I, 44.

Digitized by Google

sensum: qui suam naturam sensumque perspexerit; F II, 16.

similitudinem: cuius (generis) similitudine perspecta in formarum specie ac dignitate; F II, 47.

societatem: ſ. coniunctionem.

studium: quamquam confirmatur amor ... studio perspecto; Lae 29. ſ. alqm; F II, 69.

terras: ſ. caelum.

turpitudinem: cuius (deformitatis animi) turpitudo ex ipsis vitiis facillime perspici ‖ percipi ‖ potest; L I, 51.

varietatem: ſ. imbecillitatem.

virtutes: in quibus (viris) existumant se excellentes quasdam et singulares perspicere virtutes; O II, 36. ſ. bonitatem.

vim: ea scientia et verborum vis et natura orationis et consequentium repugnantiumve ratio potest perspici; F I, 63. etiam in bestiis vis naturae perspici potest; F III, 62. facilius .. etiam in bestiis ... vis ipsius naturae perspici potest; T V, 38. in quo maxume vis perspicitur decori; O I, 99.

vitam: qnorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est; O I, 149.

vitia: vitia .. tribunatus praeclare .. perspicia; L III, 23.

perspicue, offenbar, deutlich: I. dico: quo .. modo perspicue dixeris album esse aliquid? A II, 34.

expedio: plane .. et perspicue (istius modi res) expedire posse docti et intellegentis viri (est); F III, 19.

tollo: divinatio .. perspicue tollitur; D II, 41.

II. falsus: quis .. ista tam aperte perspicuequ e et perversa et falsa secutus esset, nisi ..? A II, 60. quae et per se sunt falsa perspicue et inter se vehementer repugnantia; N I, 80.

perversus: ſ. falsus; A II, 60.

perspicuitas, Augenſcheinlichkeit, Deutlichkeit: I. abest: ab omnibus eiusdem modi visis perspicuitatem ... abesse dicemus; A II, 51.

habet, indicat: perspicuitas illa, quam diximus, satis magnam habet vim, nt ipsa per sese ea, quae sint, nobis, ita ut sint, indicet; A II, 45. II, 1. dico: ſ. I. habet.

elevo: perspicuitas .. argumentatione elevatur; N III, 9.

nomino: quod nihil esset clarius ἐναργείᾳ, ut Graeci, perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus; A II, 17.

teneo: quam (perspicuitatem) mordicus tenere debemus; A II, 51.

2. conquiro contra: dum (Chrysippus) studiose omnia conquisierit contra sensus et perspicuitatem; A II, 87.

dico contra: quae contra sensus contraque perspicuitatem dicantur; A II, 99.

respondeo pro: quae pro perspicuitate responderi possunt; A II, 46.

seiungo a: qui ... dixit .. sapientia esse opinionem a perspicuitate seiungere; A II, 45.

III. patrocinium: vides profecto, Luculle, iacere iam illud tuum perspicuitatis patrocinium; A II, 105.

perspicuus, augenſcheinlich, deutlich, offenbar: A. bei Subſtantiven: alqd: illud perspicuum est, constitui necesse esse initium; A II, 24. quo modo ista aut perspicua dicemus aut *in animo* impressa subtiliter? A II, 34. quae perspicua sint; A II, 44. quae perspicua sunt; A II, 46. nihil tibi est perspicuum? A II, 102. id .. perspicuum est; A II, 107. iam illud perspicuum est, omnibus his finibus bonorum ... malorum fines esse contrarios; A II, 132. perspicuum est omnia rectas res ... eo referri, ut cum voluptate vivatur; F I, 42. iam illud .. perspicuum est; F I, 56. perspicuum est nihil ad incunde vivendum reperiri posse, quod ..; F I, 70. perspicuum est ... virum bonum non posse reperiri; F II, 59. quae perspicua sunt, longa esse non debent; F III, 31. mihi .. nihil tam perspicuum videtur, qnam ... dissidere; F III, 41. perspicuum etiam illud est, ... aliquid agere sapientem; F III, 59. perspicuum est etiam stultorum ... officium esse manere in vita; F III, 61. *ut* perspicuum est natura nos a dolore abhorrere, *sic* apparet ..; F III, 62. argumenti ratione concluai caput esse faciunt ea, quae perspicua dicunt; F IV, 8. videsne, ut ... perspicuum sit, quid sis faciendum sit aut non faciendum? F IV, 46. hoc perspicuum est, vitia alia aliis esse maiora; F IV, 67. quoniam perspicuum est vitia non esse omnium paria; F IV, 68. est .. perspicuum nullam artem ipsam in se versari; F V, 16. quid est, quod magis perspicuum sit, *quam* ... earum sibi quemque ... esse? F V, 31. perspicuum est hominem e corpore animoque constare; F V, 34. ex quo perspicuum est ... ea nobis ipsa cara esse propter se; F V, 37. perspicuum debet esse animos, cum e corpore excesserint, ... sublime ferri; T I, 40. cum .. perspicuum sit nihil posse in eo esse, qui ipse non sit; T I, 90. in corpore .. perspicuum est vel extincto animo vel elapso nullum residere sensum; T I, 104. hoc .. perspicuum est, tum aegritudinem existere ..; T III, 28. ex quo perspicuum est .. cantus tum fuisse discriptos ‖ rescriptos, al. ‖ vocum sonis; T IV, 3. quos dicam bonos, perspicuum est; T V, 28. ex perpetuis .. plenisque gaudiis cum perspicuum sit vitam beatam existere; T V, 67. quas (naturas) et nasci et extingui perspicuum est; N I, 29. quid .. potest esse tam apertum tamque perspicuum, ... quam esse aliquod numen? N II, 4. quod esset omnibus perspicuum deos esse; N II, 23. esse .. deos ita perspicuum est, ut ..; N II, 44. perspicuum est .., quo compositiones unguentorum ... processerint; N II, 146. quod in ista partitione ‖ [perspicuum in istam partem] ‖ ne egere quidem oratione dixisses, quod esset perspicuum et inter omnis constaret; N III, 8. quia non confidebas tam esse id perspicuum, quam tu velles; N III, 9. quasi vero ... hoc perspicuum sit constetque inter omnis, eos esse deos, quos ..; N III, 11. quid est tam perspicuum quam ... talia cuique exta esse, qualis cuique obtigerit hostia? D II, 38. nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum ‖ homines ‖ ... credidisse ea efficere ... lovem? D II, 42. cum ‖ quod ‖ tam perspicuum sit; D II, 109. quid est perspicuum? „multa vera", inquit, „evadere"; D II, 109. illud .. perspicuum est, nulla visa somniorum proficisci a numine deorum; D II, 124. perspicuum est ... quanta in singulos reges rerum bonarum ... fiat accessio; R II, 37. quod perspicuum sit ‖ quarum (pecudum) perspicuum est ‖, partim esse ... procreatas; L I, 25. nunc ... perspicuum sit illud, ... ipsam per se naturam longius progredi; L I, 27. ut perspicuum esse possit ... inesse vim; L II, 11. ex quibus multisque aliis perspicuum est ... nos ... potuisse; O II, 14. quis est ..., cui non perspicua sint illa? O II, 16. quod cum perspicuum sit, benivolentiae vim esse magnam; O II, 29. hoc .. perspicuum est, eos ... deligi solitos; O II, 42. perspicuum est iam, ... quid mihi videatur; O III, 92. perspicuum est .. ea ... non esse utilia; O III, 115. ceterarum rerum perspicuum est quo quaeque discedat; C 80.

Digitized by Google

causa: quae causa perspicua est malorum commutationumque Graecise; R II, 9.

conclusio: ita ft illa conclusio non solum vera, sed ita perspicua, ut ..; F IV, 55.

genera: quod esse clara et perspicua divinationis genera iudico; D I, 10.

indicia: snnt .. etiam clariora vel plane perspicua minimeque dubitanda indicia naturae; F V, 55.

res: (animal) non potest obiectam rem perspicuam non adprobare; A II, 38. cum duae causae perspiciuis et evidentibus rebus adversentur; A II, 46.

vis: maxime .. in hoc .. genere vis est perspicua naturae; F V, 32.

B. **allein:** l. est, potest: esse aliquid perspicui, verum illud quidem, ‖ et ‖ impressum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac comprendi posse; A II, 34.

II, 1. circumfundo: ut, quanta luce ea (perspicua) circumfusa sint, possint agnoscere; A II, 46.

comprendo: ſ. I.

distinguo: cum convicio veritatis coacti perspicua a perceptis volunt distinguere; A II, 34.

imprimo, percipio: ſ. I.

relinquo: nec sensus neque perspicuum ullum relinquitur; A II, 34.

tollo: utrum .. perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? F IV, 67. vos .. cum perspicuis dubia debeatis illustrare, dubiis perspicua conamini tollere; F IV, 67.

2. cedo: (necesse est) animum perspicuis cedere; A II, 38.

3. intersum inter: quis ... non ... sentit, quid intersit inter perspicua et incania? A II, 51.

maneo in: ut maneamus in perspicuis firmius et constantius; A II, 45.

III. alqd: ſ. I.

IV. aperiri, inlustrare: ſ. II, 1. tollo.

persto, verharren: I. alqs: tamenne in ista pravitate perstabitis? A II, 26. negant .. (fieri) posse et in eo perstant; O III, 39.

II. referre: si perstiteris ad corpus ea, quae dixi, referre; F II, 107.

perstringo, berühren: quem locum breviter paulo ante perstrinxi; Lae 46.

perstudiosus, eifrig treibend: alqs: quarum (litterarum Graecarum) constat eum (M. Catonem) perstudiosum fuisse in senectute; C 3. musicorum .. perstudiosum ‖ perstudioso ‖ (Dionysium) ‖ ... accepimus ‖; T V, 63.

persuadeo, überreden, überzeugen: I, 1, a. accommodo ad: oratoria ‖ [or.] ‖ vis dicendi adhibebatur, explicatrix orationis perpetuae ad persuadendum accommodatae; A I, 32.

b. apte ad: qua (oratione animus) praecepta salntis ... apte ad persuadendum edat suis civibus; L I, 62.

c. necessitas: quae (rationes) ... nullam adhibent persuadendi necessitatem; A II, 116.

2. a. unperſönlich: si tibi persuasum est; N III, 7.

b. alqs: tot .. rationes (Plato) attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur; T I, 49. hac (eloquendi vi) cohortamur, hac persuademus; N II, 148.

geometrae: geometrae provideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere; A II, 116.

II, 1. de: si forte de paupertate non persuaseris; T IV, 59.

2. ut: perfecit .. aestumandis possessionibus, ut persuaderet allis, ut ... mallent ..., aliis, ut ... putarent ..; O II, 82.

3. accus. c. infin.: qui persuadere vellent eos se aliquid, quod comprehendi ... posset; A II, 17. qui sibi persuaserint scire se solos omnia; A II, 115. estne quisquam tanto inflatus errore, ut sibi se illa scire persuaserit? A II, 116. erit ei persuasum etiam solem, lunam, ... mare deos esse; A II, 119. id .. primum ita esse velim, deinde, etiamsi non sit, mihi persuaderi tamen velim; T I, 24. persuadent .. mathematici terram in medio mundo sitam ... puncti instar obtinere; T I, 40. qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit; T II, 16. nihil .. esse malum, quod turpe non sit, si lugenti persuaseris; T III, 77. cum Socrates Alcibiadi persuasisset ... eum nihil hominis esse; T III, 77. est .. utilis ad persuadendum ea ... ferri .. posse ... enumeratio eorum, qui tulerunt; T IV, 63. si iam difficile sit persuadere nihil earum rerum ... aut in bonis aut in malis esse habendum; T IV, 65. qui sibi persuadeat corpora ... ferri; N II, 93. mihi .. ita persuasi, Romulum ... fundamenta iecisse; N III, 5. quibus rationibus tibi persuadeas deos esse; N III, 19. persuaderi .. cuiquam potest ea ... cognita esse ab haruspicibus? D II, 28. contendit omnis nervos Chrysippus, ut persuadeat omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum; Fa 21. cui persuasum sit appellari ceteros homines, esse solos eos, qui ..; R I, 28. quom in illis de re publica libris persuadere videatnr Africanus ... nostram (rem publicam) ... fuisse optumam; L II, 23. cum persuasum est nihil hominem ... expetere oportere; O I, 66. satis .. nobis ... persuasum esse debet ... nihil .. avare ... esse faciendum; O III, 37. satis persuasum esse debet nihil esse utile, quod non honestum sit; O III, 85. tibi .. persuade esse te quidem mihi carissimum, sed ..; O III, 121. sic persuasi mihi ‖ m. p. ‖, sic sentio, ... non posse ..; C 78. mihi .. numquam persuaderi ‖ pers. a. ‖ potuit animos ... emori; C 80. nemo umquam mihi .. persuadebit ... esse conatos ..; C 82. ſ. III. alqd; N I, 61. L II, 15. — Critoni .. nostro non persuasi me hinc avolaturum neque mei quicquam relicturum; T I, 103.

III. alqd: hoc Anaximandro, populari et sodali suo, non persuasit; A II, 118. quibus, quicquid velim, facile persuadeam; F II, 28. tantum sibi persuaserant, quantum natura admonente cognoverant; T I, 29. quod si tibi persuasum est; T II, 47. ego ipse pontifex ... hoc, quod primum est, esse deos, persuaderi mihi non opinione solum sed etiam ad veritatem plane velim; N I, 61. fac id, quod ne intellegi quidem potest, mihi esse persuasum; N I, 75. quod tibi ita persuasum est; N I, 85. quod mihi persuasum est auctoritate maiorum; N III, 7. qui (civis) id cogit omnis imperio legumque poena, quod vix paucis persuadere oratione philosophi possunt; R I, 3. Plato .. hoc quoque legis putavit esse, persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere; L II, 14. sit .. hoc iam a principio persuasum civibus, dominos esse ..; L II, 15. ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur; C 43.

malum: illa opinio mali, quo vise atque persuaso aegritudo insequitur necessario; T III, 72.

perterebro, durchbohren: Hannibalem Coelius scribit ... (columnam aeream) perterebravisse; D I, 48.

perterreo, erſchrecken, einſchüchtern: alqm: hac (eloquendi vi) deducimus perterritos a timore; N II, 148. eum .. perterritum somnio surrexisse;

Digitized by Google

D I, 57. me contremuisse timore perterritum; D I, 58. Marcum .. Varronem et M. Catonem, ... doctos homines, vehementer esse perterritos; D I, 68. naves subito perterriti metu conseendistis; D I, 69. Numerium Suffustium ..., hominem hominem, ... perterritum visis ... id agere coepisse; D II, 85. etsi eram perterritus non tam mortis metu quam insidiarum a meis; R VI, 14. hac amentia quaestione nova perterritus (C. Blossius) in Asiam profugit; Lae 37.

bubulcum: illum (bubulcum) perterritum fugisse; D I, 57.

hominem: ſ. alqm; D I, 68. D II, 85.

mentes: his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas; N I, 86.

pastorem: ille apud Accium pastor ... primo admiratus et perterritus; N II, 89.

vectores: cum ei (Diagorae) naviganti vectores adversa tempestate timidi et perterriti dicerent ..; N III, 89.

pertimesco, in Furcht gerathen, fürchten: I. alqs: ille (Torquatus) non pertimuit; F II, 21.

II, 1. de: quod Platonis Politian nuper apud me mures corroserunt, de re publica debui pertimescere; D II, 59.

2. inbit. Frage: mentiri (hoc) iudicemus nec, saeculorum reliquorum iudicium quod de ipsis futurum sit, pertimescere; D I, 36.

3. ne: pertimuit (Epicurus), ne ... alterutrum fieret necessarium; N I, 70.

III. alqm, rhetorem: neque indisertum Academicum pertimuissem nec sine ista philosophia rhetorem quamvis eloquentem; N II, 1.

pertinacia, Beharrlichkeit, Hartnäckigkeit: I. innascitur: quod in hac elatione et magnitudine animi facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur; O I, 64.

II, 1. reprehendo: si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coërcetur; A II, 65.

2. dico contra: quae contra Academicorum pertinaciam dicebantur; A II, 18.

III, 1. instituere: certamen instituit non pertinacia aut studio vincendi; A I, 44.

2. cum: nec cum iracundia aut pertinacia recte disputari potest; F I, 28.

sine: sine pertinacia, quid constantissime dicatur, exquirere; A II, 9. nos ... et refellere sine pertinacia et refelli sine iracundia parati sumus; T II, 5.

pertinax, beharrlich, hartnäckig: alqs: pertinax non ero; F I, 28. nisi valde pertinax fueris; F II, 9. atqui reperies .. in hoc quidem pertinacem; F II, 9. ant pertinacissimus fueris ... ant ..; F II, 107. Arcesilas tuus, etsi fuit in disserendo pertinacior, tamen noster fuit; F V, 94.

concertationes, al.: contentiones concertationesque in disputando pertinaces iudignae philosophia mihi videri solent; F I, 27.

patroni: si (voluptas) ... nec tam pertinaces habeat patronos; F III, 1.

sermo: sit .. hic sermo ... lenis minimeque pertinax; O I, 134.

pertineo. ſich ausdehnen, ſich erſtrecken, ſich beziehen, angehen, betreffen, Einfluß haben: I. mit Subjectivſatz: 1. inbirecte Frage: hoc non videre, cuius generis onus navis vehat, id ad gubernatoris artem nihil pertinere! F IV, 76. quid fieret, non cur fieret, ad rem pertinere; D II, 46. si ad rem pertinet, quo modo caelo adfecto compositisque sideribus quodque animal oriatur; D II, 98. quam longe progrediare, cum semel transieris, ad augendam transeundi ‖ augendam ‖ culpam nihil pertinet; P 20.

2. Infinitiv: in ire cavere ... vehementer et ad opes augendas pertinet et ad gratiam; O II, 65. oportere, rectum esse, ad officium pertinere ferre illud aegre, quod acciderit; T III, 61 (62). rectum esse et aequum et ad officium pertinere aegre ferre, quod sapiens non sis; T III, 68. pertinet ad omnem officii quaestionem semper in promptu habere, quantum ... antecedat; O I, 105. an tu ad domos nostras non censes pertinere scire, quid agatur ... domi? R I, 19.

b. alqs: unmquam timebis; F IV, 69. talis .. nec maerens nec timens ... esse quisquam potest; T IV, 61. haec in bello plura et maiora videntur timentibus; D II, 58. timentibus ceteris propter ignorationem locorum; R I, 29. nullum .. emolumentum esse ... tantum, semper ut timeas; R III, 26.

sapiens: (sapientem) numquam timere, numquam dolere; A II, 135.

II, 1. inbit. Frage: »sic exspectabat populus atque ore timebat, rebus utri ‖ timebat rebus, utri ‖ magni victoria sit data regni«; D I, 108.

2. ne: id ipsum ne nou diuturnum sit futurum, timee; P 18. ſ. **ne,** I, 1, a. timeo (11 St.) B. II, S. 652, b.

3. sibi: cum in illo ipso acerbissimo ... spectaculo sibi timerent; T III, 66.

rebus: quom (Clisthenes) rebus timeret suis; L II, 41.

III. alqm: cum alius alium timet, et homo hominem et ordo ordinem; R III, 23. num iratum timemus lovem? O III, 102.

alqd: Philo ... in id ipsum se induit, quod timebat; A II, 18. ratio habet ... altum quiddam et excelsum, nihil timens, nemini cedens; F II, 46. nec .. (de improbo quaerimus) omnia timente; F II, 54. quae est anus tam delira, quae timeat ista, quae vos videlicet, si physica non didicissetis, timeretis, „Acherousia tempia alta Orci, pallida Leti, obnubila tenebris loca“? non pudet philosophum in eo gloriari, quod haec non timeat? T I, 48. potest ea timens esse quisquam beatus? quid, qui non modo ea futura timet, verum etiam fert sustinetque praesentia? T V, 15. 16. nec quemquam vidi, qui magis ea, quae timenda esse negaret, timeret, mortem dico et deos; N I, 86. qui (homo) nihil timet nisi tastem et iudicem; L I, 41. ego .. nec tam valde id timendum nec plane contemnendum puto; L II, 39. quid .. timeam, si ..? C 67.

caecitatem: quid, si idem ... pauperiatem, ignominiam, infamiam timet, si debilitatem, caecitatem, si denique ... servitutem? T V, 15.

casum: casum .. proelii nemo nostrum erat quin timeret, sed ... non aperte; D II, 114.

coronam: si coronam times; F II, 74.

debilitatem: ſ. caecitatem.

deum: quis .. non timeat omnia providentem et cogitantem et animadvertentem ... curiosum et plenum negotii deum? N I, 54. ſ. alqd; N II, 86.

dolorem: ſ. **dolor,** II, 1. timeo (5 St.) B. I, S. 761, a.

Digitized by Google

dominum: quem (dominum) dies et noctes timeremus; N I, 54. omnes, qui aliquid scire videntur, tamquam domini timentur; P 40.

egestatem, exsilium: nemo .. iustus esse potest, qui mortem, qui dolorem qui exilium, qui egestatem timet; O II, 38.

hominem: ſ. alqm; R III, 23.

ignominiam: ſ. **ignominia,** II. timeo (3 St.) 𝔅. II, 𝔖. 215, a.

infamiam: videntur labores et molestiae, tum offensionum et repulsarum quasi quandam ignominiam timere et infamiam; O I, 71. ſ. caecitatem.

interitum: nisi (parvi) statum suum diligerent, interitum timerent; F III, 16.

invidiam: cum Cleombrotus invidiam timens temere cum Epaminonda confixisset; O I, 84.

iudicem: ſ. alqd; L I, 41.

labores: ſ. infamiam.

lectorem: ego .. quem timeam lectorem? F I, 8.

leges: quae (diligentia) summa esset in eis, qui leges, qui magistratus, qui paupertatem, qui ignominiam, qui mortem, qui dolorem timerent; T IV, 46.

loca: ſ. alqd; T I, 48. — magistratus: ſ. leges.

malum: ne quod (animus) aut sempiternum aut diuturnum timeret malum; F I, 68.

molestias: ſ. infamiam. — mortem: ſ. **mors,** II, 1. timeo (12 St.) 𝔅. II, 𝔖. 585, a. — ordinem: ſ. alqm; R III, 23.

paupertatem: ſ. caecitatem. leges.

religiones: vidimus eos, ... quidquid agerent, modo timentis, vicissim contemnentis religiones; L II, 43.

res: me .. biduo duarum rerum, quas maxime timebam, spero liberatum metu; T II, 67. quarum .. rerum praesentia sumus in aegritudine, easdem inpendentes et venientes timemus; T III, 14.

templa: ſ. alqd; T I, 48.

testem: ſ. alqd; L I, 41.

timide, furchtſam, ſchüchtern: evello: timide fortasse signifer (signum) evellebat, quod fidenter infixerat; D II, 67.

facio: hoc ... est providendum, ne quid abiecte, ne quid timide, ne quid ignave ... faciamus; T II, 55.

ingredior: ita audies, ut Romanum hominem, ut timide ingredientem ad hoc genus disputandi; Fa 4.

inquam: ille (Lucius) timide vel potius verecunde: facio, inquit, equidem; F V, 6.

timiditas, Furchtſamkeit: I. cadit: in quem .. metus (cadit), in eundem formido, timiditas, pavor, ignavia; T V, 52.

est: omnis animi debilitati ... timiditas servitus est; P 41.

nascitur: ex rebus .. timiditas, non ex vocabulis nascitur; F IV, 53.

parit: nec timiditatem ignaviamque vituperari nec fortitudinem patientiamque laudari suo nomine, sed illas res, quia dolorem pariant; F I, 49.

II, 1. fugio: stultitiam .. et timiditatem ... cum dicimus esse fugiendа propter eas res, quae ex ipsis eveniant; F III, 39.

recipio: quae qui recipit, recipiat idem necesse est timiditatem et ignaviam; T III, 14.

reicio, vitupero: ſ. I. parit.

2. evenio ex: ſ. I. fugio.

III. semina: intemperantiae, timiditatis quae semina essent? N III, 71.

IV. abici: esse ... abiectas timiditate et ignavia; R II, 68.

abl. comp.: quid contemptius timiditate ... dici potest? L I, 51.

timidus, furchtſam, verzagt, bedrückſam: A. alqs: sunt .. quidam Epicurei timidiores paulo contra vestra convicia; F I, 69. erat (L. Thorius) ... ita non timidus ad mortem, ut ..; F II, 63. quis est ..., cui, mors cum appropinquet, non »refugiat timido sanguen atque exalbescat metu?« F V, 31. quis .. potest, ... in quo timor (sit), non timidus (esse)? T IV, 57. si fuerit is, qui haec habet, iniustus, intemperans, timidus; T V, 45. »nos .. timidi stantes mirabile monstrum vidimus in mediis divom versarier aria«; D II, 64. numquam omnino periculi fuga comittendum est, ut inbelles timidique videamur; O I, 83. ut ait Ennius: »refugiat timido sanguen atque exalbescat metu;« fr V, 65.

animus: quae timido animo, humili, demisso fractoque fiant; O III, 115.

miles: ut .. fit in proelio, ut ingruens miles ac timidus ... fugiat, ... sic ..; T II, 54.

navitae: »navem ut horrisono freto noctem paventes timidi adnectunt navitae«; T II, 23.

sapiens: timidum censemus esse sapientem? T IV, 57.

vectores: cum ei (Diagorae) naviganti vectores adversa tempestate timidi et perterriti dicerent ..; N III, 89.

vir: non oportet timidum ... fingi non bonum illum virum; F II, 53.

B. cognosco: fortem ignavum, audacem timidumque (oculi) cognoscunt; N II, 145.

corrigo: ut ... alia .. ratione ... anxius, alia timidus (sit) corrigendus; T IV, 65.

fero: et timidi et misericordes, quia proclives ‖ proclive, al. ‖ ad eas perturbationes, non quia semper, feruntur ‖ semper feruntur ‖; T IV, 28.

timor, Furcht, Befürchtung, Angſt: I. aberrat: imbecillis ‖ imbecillus ‖ .. est pudoris magister timor, qui si quando paululum aberravit, statim spe impunitatis exultat; fr V, 72.

attingit: ex quo nec timor eum nec angor attingat; T V, 17.

cadit: in quem cadit aegritudo, in eundem timor; T III, 14. in quem cadat aegritudo, cadere in eundem timorem et infractionem quidem animi et demissionem; T III, 14.

est: quis .. potest, ... in quo timor (sit), non timidus (esse)? T IV, 57. ſ. aberrat.

exoritur: cum cupiditatis dominatus excessit et alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum, timor; P 40.

exsultat: ſ. aberrat.

impendet: ille .. semper inpendebit timor, ne rex ... exsistat iniustus; R II, 50.

inest: in qua (superstitione) inest timor inanis deorum; N I, 117.

occupat: cum ... Atheniensium .. animos summus timor occupavisset; R I, 25.

pervagantur: cupiditates, timores similiter omnium mentes pervagantur; L I, 32.

potest, repellit: timor .. ab his aegritudinem potuit repellere, ratio ab sapienti viro non poterit? T III, 66.

terret: credo, aut illos mortis timor terret aut hos religionis; N I, 86.

torquet: cum .... doloris .... futuri atque impendentis torquet timor; F II, 95.

II, 1. adfero: ea res tibi aut timorem adferet aut alacritatem? D II, 83.

definio: timorem metum mali adpropinquantis (definiunt); T IV, 19.

deicio: quod hominibus perturbatis inanem religionem timoremque deiecerat; R I, 24.

do: quam (verecundiam) natura homini dedit

Digitized by Google

quasi quendam vituperationis non iustitiae timorem; R V, 6.

effugio: quom animus ... omnem .. mortis dolorisque timorem effugerit; L I, 60.

omitto: ut ... omneu omittat is ‖ omittas, omittat ‖ timorem, sic ..; T II, 67. omitte timorem; R VI, 10.

oppono: cui (duci) quia privato sunt oppositi timores, dantur imperia; R I, 68.

pello: (philosophia) pellit timores; T II, 11.

subicio: sub metum .. subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido; T IV, 16.

2. libero: ne ille et deum opere magno liberat et me timore; A II, 121.

3. deduco a: hac (eloquendi vi) deducimus perterritos a timore; N II, 148.

III. vacuus: modo (luxuria) sit vacua infinita cupiditate et timore; F II, 30.

IV, 1. cruciatus: quid .. censemus superiorem illum Dionysium quo cruciatu timoris angi solitum? O II, 25.

magnitudo: ille .. Graecus, quid mirum, si magnitudine timoris ... a constantia ... discessit? D II, 114.

significatio: nulla timoris significatio; O III, 47.

2. fortitudo contra: sic e physicis .. fortitudo sumitur contra mortis timorem; F I, 64.

V, 1. adficere: quo timore (iudex) nocentes adficit! P 40.

excruciari: ‖ cum ‖ animi conscientia improbos excruciari, tum etiam poenae timore; F II, 53.

frangi: ut nec tabescat molestiis nec frangatur timore; T IV, 37.

moveri: quasi vero ... mens .. non saepe ... vel timore vel dolore moveatur; T III, 11.

pelli: ût ... ut pellantur animi vehementius saepe etiam cura et timore; D I, 80.

perterreri: me contremuisse timore perterritum; D I, 58.

2. in: beatus .. esse in maximarum rerum timore nemo potest; F II, 86.

ob: dicitur (Romulus) ab Amulio ... ob labefactandi regni timorem ad Tiberim exponi iussus esse; R II, 4.

sine: fortitudo est ... adfectio animi in patiendo ac perferendo summae legi parens sine timore; T IV, 53.

tingo, tränken, färben: alqd: tincta .. absint nisi a bellicis insignibus; L II, 45.

pallia: ut ... cotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent; R VI, 2.

tunicam: cui (Herculi) cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset; T II, 20. cum ei (Herculi) tunicam sanguine Centauri tinctam dedit; N III, 70.

Σῶδε: aquae tinctum quodam modo et infectum *; A fr 7.

tiro, Rekrut, Neuling: I. militat: [in cuius (Popilii) exercitu Catonis filius tiro militabat]; O I, 36.

II. aetas: aetas tironum plerumque melior; T II, 38.

titillatio, Kitzel: I. est: non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. credo, sed ne desideratio ‖ desideretur ‖ quidem; C 47.

II. adhibeo: quibus (voluptatibus) quasi titillatio ⟨Epicuri enim hoc verbum est⟩ adhibetur sensibus; N I, 113.

desidero: ‡. I.

titillo, kitzeln: levitatem; illa (benignitas est) quasi adsentatorum populi multitudinis levitatem voluptate quasi titillantium; O II, 63.

sensum: si ea sola voluptas esset, quae quasi titillaret sensus, ut ita dicam; F I, 39. omnes .. iucundum motum, quo sensus hilaretur ‖ titillaretur ‖, Graece ἡδονήν, Latine voluptatem vocant; F II, 8. ne suspicari quidem se quicquam bonum, nisi sensus quasi titillarentur voluptate; T III, 47.

titulus, Ehrenname: semper beatum esse sapientem. quos si titulus hic delectat insignis et pulcher, Pythagora, Socrate, Platone dignissimus ..; T V, 30.

toga, Toga, Mantel, Friedenskleid: I, 1. praetexo: quod summi puerorum amores saepe una cum praetexta toga ponerentur ‖ deponerentur ‖; Lae 33.

sumo: ego .. a patre ita eram deductus ad Scaevolam sumpta virili toga, ut ..; Lae 1.

2. cedo: »cedant arma togae, concedat laurea landi.« O I, 77. nobis rem publicam gubernantibus nonne togae arma cesserunt? O I, 77.

II. praestans in: nec .. (Q. Maximus) in armis praestantior quam in toga; C 11.

una cum: ‡. I, 1. praetexo.

III. in: huic (eloquentiae) ... a maioribus nostris est in toga dignitatis principatus datus; O II, 66.

togatus, im Friedenskleide, römischer Bürger: A. alqs: in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati rei publicae praesunt, quam qui bellum gerunt; O I, 79.

B, I. antefero: cum te togatis omnibus sine dubio anteferret; N I, 58.

II. alqs e: ut me sic audiatis, ... ut unum e togatis patris diligentia non inliberaliter institutum; R I, 36.

tolerabilis, erträglich: alqd: „praeposita“ aut „praecipua“ malo, sit ‖ sic ‖ tolerabilius et mollius; F IV, 72. significat (ea disputatio) tolerabilia esse, quae et tulerint et ferant ceteri; T III, 57. ut in malis opinatis tolerabilia, sic in bonis sedatiora sunt efficienda ea, quae ..; T IV, 65. omnia .. brevia tolerabilia esse debent, etiamsi magna sunt; Lae 104.

dolor: ut, si (dolores) tolerabiles sint, feramus; F I, 49. quem (dolorem), ... cum sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem (facitis); F II, 57. dolorem .. omnem esse tolerabilem; T II, 42.

genus: horum trium generum quodvis ... non ... optimum est, sed ‖ optimumst ‖ tolerabile tamen; R I, 42.

humana: quiddam ... omnia humana non tolerabilia solum, sed etiam levia ducens; F II, 46. quodsi est, ... qui omnia humana ... tolerabilia ducat; T V, 17.

inimicitiae: quae (inimicitiae) .. si tolerabiles erunt, ferendae ‖ ferundae, al. ‖ sunt; Lae 78.

labores: omnes clari et nobilitati labores † contemplo ‖ contendendo ‖ sunt etiam tolerabiles; T II, 62.

largitio: modica M. Octavi (largitio) .. rei publicae tolerabilis; O II, 72.

peccata: peccata .. partim esse tolerabilia, partim nullo modo; F IV, 56.

paupertas: quidnam dici potest, quam ob rem C. Fabricio tolerabilis ea (paupertas) fuerit, alii negent se ferre posse? T III, 56. ut .. vel summa paupertas tolerabilis sit, ... sic ..; T V, 113.

rex: illi regi ... tolerabili aut, si voltis, etiam amabili, Cyro, subest ... Phalaris; R I, 44.

Digitized by Google

senectus: moderati ... senes tolerabilem senectutem agunt; C 7. tibi propter ... copias et dignitatem tuam tolerabiliorem senectutem videri; C 8.

sententia: illa .. sententia habet aliquid disputationis, haec vero non est tolerabilis; Fa 21.

tolerabiliter, gebuldig: fero: qui tolerabilius feret incommodum, qui cognoverit necesse esse homini tale aliquid accidere? T III, 55.

patior: si dolores eosdem tolerabilius patiuntur ... quam qui ..; F III, 42.

toleranter, gebuldig: fero: eidem (Graeci) morbos toleranter atque humane ferunt; T II, 65.

patior: virorum esse fortium ... toleranter dolorem pati; T II, 43.

tolerantia, Ertragung: sapientia animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum ... saeptus vincetur? P 27.

toleratio, Ertragung: quorum (dolorum) alia toleratio est verior, qua uti vos non potestis; F II, 94.

tolero, ertragen, erbulden: I, 1. difficilis ad: res est ... ad patiendam tolerandumque difficilis; T II, 18.

2. difficilis: dicunt illi asperum esse dolere, molestum, ... difficile tolerata; F IV, 52.

II. alqd: vix quod ferri tolerarique possit; T II, 30.

dolorem: nec .. illa sibi remedia comparavit ad tolerandum dolorem; T V, 74. secundos (liber est) de tolerando dolore; D II, 2.

laborem: ſ. **labor,** II, 1. tolero (3 St.) B. II, S. 428, a.

paupertatem: parumne multa de toleranda paupertate dicuntur? T V, 107.

tollo, aufrichten, die Ohren lichten, abſegeln, erheben, erziehen, aufheben, wegnehmen, beſeitigen, vernichten: I. **abſolut:** tibi quid tandem videtur, Hortensi? tum ille ridens: tollendum; A II, 148.

II. alqm: quorum e numero tollendus est et Plato et Socrates; A II, 15. totum Epicurum paene e philosophorum choro sustulisti; F I, 26. ego cum genui, tum morituros scivi et ei rei sustuli; T III, 28. quem (Herculem) in caelum ista ipsa, quam vos iracundiam esse vultis, sustulit fortitudo; T IV, 50. in currum cum Phaëthontem filium (Sol) sustulit; N III, 76. cur Paulum Cannae sustulerunt? N III, 80. si (Q. Varius periit), quia Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat; N III, 81. Hamilcarem .. ab iis (Syracusanis) vivum esse sublatum; D I, 50. quibus quidem Romulum tenebris ... virtus .. in caelum dicitur sustulisse; R I, 25. cum ... pastores .. eum (Romulum) sustulissent et in agresti cultu ... aluissent; R II, 4. verumne sit, ut ‖ verone ‖ Athenis ... Orithyiam ... Aquilo sustulerit; L I, 3. sustulit (Gyges), quos obstare arbitrabatur; O III, 38. optavit (Phaëthon), ut in currum patris tolleretur; sublatus est; O III, 94. ut aliquis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret; Lae 87.

alqd: hoc cum infirmat tollitque Philo; A II, 18. cum dicunt hoc se unum tollere, ut ..; A II, 33. quo .. omnia indicantur, sublato reliqua se negant tollere; A II, 33. quid, quod eadem illa ars ... tollit ad extremum superiora? A II, 95. tolli .. omnia, si visa tollantur; A II, 108. cum didicissent id tollere nos, quod nusquam esset; A II, 146. tollendum id non est; F III, 58. recte ... ars ea, quae tollit haec, virtus nominata est; F III, 72. sic consequentibus vestris sublatis prima tolluntur; F IV, 55. hoc totum .. ſi tollunt; F V, 23. mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem; T I, 27. haec Epicure confitenda sunt aut ea ... tollenda de libro; T III, 44. quae sunt humiliora neque se tollere a terra altius possunt; T V, 37. omnia tollamus .., quae aut historia nobis aut ratio nova adfert; N I, 88. tollit (Epicurus) id, quod maxime proprium est optimae ... naturae; N I, 121. illud .., quod vincit haec omnia, ... ubi invenimus? unde sustulimus? N II, 18. quae vos Academici infirmatis et tollitis; N II, 147. aut .. haec monstra probanda sunt aut prima illa tollenda; N III, 44. eandem ... (Dionysium) ferunt haec ... sublata de fanis in forum protulisse; N III, 84. multa tollunt, quibus vitae ratio continetur; D I, 113. quae tolluntur omnia, si vis et natura fati ex divinationis ratione firmabitur; Fa 11. illud vel aspersione aquae vel dierum numero tollitur; L II, 24. quae et recte tolluntur neque tolleretur, nisi fuissent; L II, 60. quae qui tollunt, ... impii iudicandi sunt; O III, 28.

actionem: ſ. **actio,** II, 1. tollo (4 St.) B. I, S. 34, b.

administrationem: cum .., quod honestum sit, id solum bonum esse confirmatur, tollitur cura valetudinis, diligentia rei familiaris, administratio rei publicae, ordo gerendorum negotiorum, officia vitae, ipsum denique illud honestum; F IV, 68.

admirationem: ex quo tam multarum rerum cognitionis admiratio tollitur; T I, 58.

adsensionem: sublata .. adsensione omnem et motum animorum et actionem rerum sustulerunt; A II, 62.

adsensum: qui aut visum aut adsensum tollit, is omnem actionem tollit e vita; A II, 39. si .. percipi nihil potest, quod utrique visum est, tollendos adsensus est; A II, 59.

adversarium: magnum illud bellum perfuga unus et gravem adversarium imperii sustulisset; O III, 86.

aegritudinem: ſ. **aegritudo,** II, 1. tollo (8 St.) B. I, S. 96, a.

aequitatem: quae (aequitas) tollitur omnis, si habere suum cuique non licet; O II, 78.

amicitiam: ſ. **amicitia,** II, 1. tollo (5 St.) B. I, S. 155, b.

animum: nihil tamen esse, in quo se animus excellens tollere; fr V, 82.

appetitum: tolletur .. appetitus animi; F V, 30.

Areopagum: sublato Areopago; R I, 43.

artem: num .. tot ... regum .. naufragium sustulit artem gubernandi? D I, 24.

artificia: cum artificia tolli quereris a nobis; A II, 144.

astutias: aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias; O III, 68. astutiae tollendae sunt eaque malitia; O III, 71.

auctoritatem: qua (medicina) sublata tollitur omnis auctoritas somniorum; D II, 123.

aviditatem: quae (senectus) mihi sermonis aviditatem auxit, potionis et cibi sustulit; C 46.

bellum: ſ. adversarium.

beneficientiam: qua (societate) sublata beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur; O III, 28.

beneficium: tollitur beneficium, tollitur gratia, quae sunt vincla concordiae; F II, 117.

benignitatem: ita benignitate benignitas tollitur; O II, 52.

benivolentiam: ſ. **benivolentia,** II, 1. tollo (2 St.) B. I, S. 340, a.

Digitized by Google

bonitatem: ſ. beneficentiam.
cachinnum: in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse; Fa 10.
caerimonias: neque solum in homines obsequia, sed etiam in deos caerimoniae religionesque tolluntur ‖ tollentur ‖; L I, 48.
caritatem: caritate .. benivolentiaque sublata omnis est e vita sublata iucunditas; Lae 102.
castimoniam: nec (lex) tollit castimoniam corporis; L II, 24.
casum: qui (casus) nullo modo est ex hoc genere tolleudus; D II, 75.
causam: cum causas rerum efficientis sustuleris; A I, 6. Erillus ... omuem consilii capiendi causam inventionemque officii sustulit; F V, 23. lege nostra ... contentionis causa tollitur; L III, 39.
celebritatem: sublata etiam erat celebritas virorum ac mulierum; L II, 65.
circumpotationem: servilia unctura tollitur omnisque circumpotatio; L II, 60.
civitatem: civitas .. cum tollitur, deletur, extinguitur; R III, 34.
clamorem: quo aspeotu exterrita (nutrix) clamorem sustulit; D I, 79. intuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video; P 37.
cognationem: cognationem Superbi nomenque Tarquiniorum et memoriam regni esse tollendam; O III, 40.
cognitionem: ſ. **cognitio,** II, 1. tollo (4 St.) B. I, S. 440, b.
columnam: Hannibalem Coelius scribit ... (columnam auream) ... statuisse tollere; D I, 48.
comprehensionem: ex uno Epicuri capite, altero vestro perceptio et comprehensio tollitur; A II, 101.
concertationem: verborum concertatione sublata; T II, 30.
conscientiam: qua (conscientia) sublata iacent omnia; N III, 85.
contagionem: quam (naturae contagiouem) ego non tollo; Fa 5. principio tollit convictum humanum et societatem; O III, 21.
cooptationem: sublata cooptatione censoria; L III, 27.
Corinthum: ſ. Karthaginem.
coronas: idem (Dionysius) Victoriolas aureas et pateras coronasque ... sine dubitatione tollebat; N III, 84.
cupiditatem: tollenda est (cupiditas) atque extraheuda radicitus; F II, 27. cum id solum agitur, ut ea (cupiditas) tollatur; T IV, 62.
curam: ſ. administrationem.
definitionem: tollit (Epicurus) definitiones; F I, 22. ut, quodcumque accidisset, praedictum videretur hominum et temporum definitione sublata; D II, 110.
deum: ſ. **deus,** II, 1. tollo (7 St.) B. I, S. 664, b.
diem: nisi ... tolli diem utile est; L III, 40.
differentiam: eam (differentiam) tolli altero, quo neget visa a falsis vera differre; A II, 111.
diligentiam: metum .. si qui sustulisset, omnem vitae diligeutiam sublatam fore; T IV, 46. ſ. administrationem.
discrimen: ſ. **discrimen,** II, 1. tollo (3 St.) B. I, S. 723, a.
dissimulationem: ex omni vita simulatio dissimulatioque tollenda est; O III, 61.
distinctionem: qua distinctioue sublata; A II, 84.
divinationem: Colophonius Xenophanes unus, qui deos esse diceret, divinationem funditus sustulit; D I, 5. hic (Epicurus) circumitione quadam deos tollens recte non dubitat divinationem tollere; D II, 40. diuiatio .. perspicue tollitur, deos esse retinendum est; D II, 41. hac extispicum divinatione sublata omnis haruspicina sublata est; D II, 42. quae (avium divinatio) ... ad urbanas *res* ‖ ab urbanis ‖ retenta videtur, a bellicis esse sublata; D II, 77.
diuturnitatem: ita turpido manet diuturnitate sublata; L III, 18.
dolorem: definis tu mihi, non tollis dolorem; T II, 80.
dubitationem: quam dubitationem avunculus tuus, Brute, sustulit; T V, 4. dubitationem ad rem publicam adeundi in primis debui tollere; R I, 12.
eloquentiam: eloquentia tueri, quam tu in caelum, Hortensi, credo, ut ipse cum ea simul acceuderes, sustulisses; fr V, 45.
errorem: ſ. **error,** II, 1. tollo (7 St.) B. I, S. 826, a.
fidem: haud scio an pietate adversus deos sublata fides etiam et societas generis humani et una excellentissima virtus, iustitia, tollatur; N I, 4.
filium: ſ. alqm; N III, 76.
fortunam: qua (fortuna) sublata qui locus est divinationi? D II, 19.
funebria: cetera item funebria, quibus luctus augetur, XII sustulerunt; L II, 60.
funera: Solonis lege (funera) sublata sunt; L II, 64.
genus: eo (genere aegritudinis) sublato; T III, 81. Dicaearchus Peripateticus cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit; D I, 5. qua .. ratione haec (genera divinandi) inducia, eadem illa possunt esse, quae tollis; D II, 109. quod .. genus legationis ego consul ... sustulissem; L III, 18.
gloriam: prius .. Boeotia Leuctra tollentur quam pugnae Leuctricae gloria; T I, 110.
gratiam: cum (Epicurus) ‖ cum in ‖ dis immortalibus et opem et gratiam sustulit; N I, 121. ſ. beneficium.
haruspicinam: ſ. divinationem; D II, 42.
hominem: qui omnino hominem ex homine tollat; O III, 26. tot qui sublatos homines (recordetur); P 46.
honestum: ſ. administrationem.
ignorationem: omniam rerum ... occultarum ignoratioue sublata; F I, 64.
interoessorem: Ti. Gracchum non solum neglectus, sed etiam sublatus intercessor evertit; L III, 24.
incunditatem: ſ. caritatem. — iudicium: ſ. **iudicium,** II, 1. tollo (5 St.) B. II, S. 411, a.
ius: civilis .. iuris scientia pontificium quodam modo tollitis; L II, 52.
iustitiam: ſ. beneficentiam. fidem.
Karthaginem: Karthaginem et Numantiam funditus sustulerunt, nollem Corinthum; O I, 35.
lamentationem: tollit etiam lamentationem; L II, 59.
Leuctra: ſ. gloriam. — legem: ſ. **lex,** II, 1. tollo (5 St.) B. II, S. 451, a.
liberalitatem: ſ. beneficentiam.
libidinem: lubido ipsa tollenda est; T IV, 62.
luctum: tolle hanc opinionem, luctum sustuleris; T I, 80.
lucem, lumen: quid, quod ... ratio omnis tollitur quasi quaedam lux lumenque vitae? A II, 26.
malitiam: ſ. astutias; O III, 71.
malum: quodam modo etiam paupertatis malum tollitur; T IV, 59. quibus (hominibus) ita restiti, ut hoc totum malum de re publica tolleretur; O II, 84.
manum: ut etiam manus saepe tolleret; A II, 63. cedo et manum tollo; fr IX, 13.

Digitized by Google

medicinam: ſ. auctoritatem.
memoriam: ſ. cognationem.
mendacium: tollendum est .. ex rebus contrahendis omne mendacium; O III, 61.
metum: ſ. **metus,** II, 1. tollo (3 St.) B. II, S. 547, b.
moderationem: moderatione et temperatione sublata; N II, 92.
motum: ſ. **motus,** II, 1. tollo (3 St.) B. II, S. 593, a. — naturam: ſ. **natura,** II, 1. tollo (4 St.) B. II, S. 640, a.
nocturna: omnia nocturna ... in media Graecia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit; L II, 37.
nodum: mihi .. videntur, qui utilitatum causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere; Lae 51.
nomen: sublata .. benivolentia amicitiae nomen tollitur, propinquitatis manet; Lae 19. ſ. cognationem.
notam: quae (visa) fidem nullam habebunt sublata veri et falsi nota; A II, 58.
Numantiam: ſ. Karthaginem. — obsequia: ſ. caerimonias. — officia: ſ. **officium,** II, 1. tollo (2 St.) B. II, S. 802, a. — opem: ſ. gratiam.
opinationem: illud certe opinatione et perceptione sublata sequitur, omnium adsensionum retentio; A II, 78.
opinionem: sin opinabiles (mediocritates sunt), opinio tota tollatur; T III, 74. quae (ratio, oratio) ... opinionem falsam tollit; T IV, 60. ſ. luctum.
ordinem: ſ. administrationem.
ornamentum: maxumum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam; Lae 82.
paternas: ſ. coronas. — perceptionem: ſ. comprehensionem. opinationem.
perspicua: utrum ... perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? F IV, 67. dubiis perspicua conamini tollere; F IV, 67.
perturbationem: cum .. perturbationem animi illi ex homine non tollerent; A I, 38.
pietatem: ſ. fidem.
potestatem: ita praecurrit amicitia iudicium tollitque experiendi potestatem; Lae 62.
privilegia: quarum (legum) altera privilegia tollit; L III, 44.
progeniem: si Cadmi progenies aut ... Tyndari in caelum tollenda fama fuit; fr IX, 11.
prudentiam: quid .. apertius quam ... tollatur ‖ † tollatur ‖ omnis ea ... prudentia? F III, 31.
puerum: »puerum ... temperaret tollere«; D I, 42.
rationem: ſ. **ratio,** II, 1. tollo (3 St.) S. 349, a.
religionem: ſ. **religio,** II, 1. tollo (7 St.) S. 371, a.
sacra: siquidem sacra nocturna tollimus; L II, 35.
sanctitatem: cum qua (pietate) simul sanctitatem et religionem tolli necesse est, quibus sublatis perturbatio vitae sequitur; N I, 3.
scientiam: sublata cognitione et scientia tollitur omnis ratio et vitae degendae et rerum gerendarum; F I, 64.
sensus: quos (sensus) qui tollunt et nihil posse percipi dicunt; F I, 64.
sententiam: disputatio Cottae quamquam labefactavit sententiam meam, non funditus tamen sustulit; D I, 8.
signum: mitto, unde (tabulam, signum) sustineris; P 37.
simulationem: ſ. dissimulationem. — societatem: ſ. **societas,** II, 1. tollo (3 St.) S. 551, a.
solem: solem .. e mundo tollere videntur ‖ ii ‖, qui amicitiam e vita tollunt; Lae 47.

sortes: eo .. conditas sortis, quae hodie Fortunae monitu tolluntur; D II, 86.
spem: fraudandi .. spe sublata solvendi necessitas consecuta est; O II, 84.
sphaeram: quam (sphaeram) M. Marcelli avus captis Syracusis ex urbe locupletissima ... sustulisset; R I, 21.
stipem: stipem sustulimus nisi eam, quam ..; L II, 40.
superstitionem: ſ. **superstitio,** II, 1. tollo (2 St.) S. 618, b. — tabulam: ſ. signum.
temperationem: ſ. moderationem.
terrorem: quae (philosophia) ... terrorem mortis sustulisti; T V, 5.
verecundiam: ſ. ornamentum.
verum: id ita esset, si nos verum omnino tolleremus; A II, 111.
Victoriolas: ſ. coronas.
viros: ut beneficiis excellentis viros in caelum fama ac voluntate tollerent; N II, 62.
virtutem: virtutem ipsam ... sustulerunt; F II, 43. hi ‖ ii ‖ virtutem ipsam sustulerunt; F III, 12. quae nisi sunt, sublata virtus est; T V, 52. si natura confirmatura ius non erit, *virtutes omnes* tollentur; L I, 48. ſ. fidem.
vim: Antisthenes in eo libro, qui physicus inscribitur, ... tollit vim et naturam deorum; N I, 32. cum sustuleris omnem vim deorum; N I, 117. quod non intellegunt seminum vim ... funditus tolli, mediocris erroris est? D II, 94.
visum: ſ. aliqd; A II, 108. adsensum; A II, 39.
vitam: quae nisi probet, omnis vita tollatur; A II, 99. non continuo vita beata tollitur; F IV, 30.
vitium: morbis .. manentibus vitia sublata esse possunt, quia ‖ quia hi, qui ‖ non tam celeriter sanantur, quam illa tollantur; T IV, 32. multi etiam naturae vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt; D II, 96. extirpari .. (vitia) et funditus tolli; Fa 11.
uncturam: ſ. circumpotationem.
voluptatem: qua (voluptate) sublata neget se intellegere omnino, quid sit bonum; F II, 29.
urbem: L. Mummius nunquid copiosior, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset? O II, 76.
utilitatem: nimis multis iam stulte hanc utilitatem tolli cupientibus; R IV, 2.

tondeo, ſcheren: ne tonsori collum committeret, tondere filias suas (Dionysius) docuit. ita sordido ancillarique artificio regiae virgines ut tonstriculae tondebant barbam et capillum patris; T V, 58.

tonitruum, Donner: I. exaistunt: cum .. (anhelitus terrae) se in nubem induerint, ... tum et fulgores et tonitrna existere; D II, 44.
II. extimesco: quod (homines) tonitrua iactusque fulminum extimuissent; D II, 42.

tono, donnern: I. unper[önlich]: si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de caelo; D II, 149.
2. Iuppiter: hunc etiam augures nostri (nuncupant), cum dicunt „Iove fulgente, tonante“; dicunt enim „caelo fulgente, tonante“; N II, 65. in nostris commentariis scriptum habemus: „Iove tonante, fulgurante comitia populi habere nefas“; D II, 42.
caelum: ſ. Iuppiter; N II, 65.
laevum: ad nostri augurii consuetudinem dixit Ennius: »tum tonuit laevum bene tempestate serena«; D II, 82.

tonsor, Barbier: ſ. **tondeo.**

Digitized by Google

tonsorius, des Barbiers: qui (Dionysius) cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum; O II, 25.

tonstricula, Scherrin: ſ. **tondeo.**

tormentum, Folter, Marter, Wurfmaſchine: I. habent: ut .. balistae lapidum et reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta et adducta vehementius, sic ..; T II, 57. cum (Theophrastus) statuisset verbera, tormenta, cruciatus .... magnam vim habere ad male ... vivendum; T V, 24.

sunt: cuius (doloris) tanta tormenta sunt, ut in iis beata vita ... esse non possit; F II, 92.

II, 1. addnco, contendo: ſ. I. habent; T II, 57.

adhibeo: non quaerimus, possintne celare, sed tamquam tormenta quaedam adhibemus; O III, 39.

2. do in: dabit .. se in tormenta vita beata; T V, 80.

sum in: ſ. I. sunt.

vivo in: etiam in tormentis recte, honeste, laudabiliter et ob eam rem bene viri potest; T V, 12.

III, genus: rotam [id est genus quoddam tormenti apud Graecos]; T V, 24.

IV. in: ut in omnibus tormentis conservetur beata vita sapienti; F III, 42. omnis .. eos (sapientis) beatos esse confiteri necesse est. — etiamne in cruciatu atque tormentis? T V, 73. huic (Epicuro) ... licebit ... tum dicere se beatum in summo cruciatu atque tormentis, cum ..? T V, 73. Zenonem Eleae in tormentis necatum; N III, 82.

propter: propter tam varia et tam multa tormonta fortunae; T V, I.

tormina, Leibſchmerz, Harngwang: I. morbi: tanti aderant vesicae et torminum morbi, ut ..; F II, 96.

II. in: quamvis idem forticulum se in torminibus et in stranguria sua praebeat; T II, 45.

torminosus, an Ruhr leidend: dicimus gravedinosos quosdam, *quosdam* torminosos, non quia iam sint, sed quia saepe; T IV, 27.

torno, runden, drechſeln: alqd: id .. ita tornavit, nt nihil efficere posset rotundius ‖ rotundius ‖; Ti 17.

sphaeram: eam (sphaeram) a Thalete Milesio primum esse tornatam; R I, 22.

torpedo, Zitterrochе: atramenti effusione sepiae, torpore torpedines (se tutantur); N II, 127.

torpeo, ſtarr, regungslos ſein: alqs: »quidnam torpentes subito obstipuistis, Achivi?« D II, 64.

deus: deum sic feriatum volumus cessatione torpere, ut ..? N I, 102.

torpor, Betäubung: ſ. **torpedo.**

torqueo, drehen, wenden, foltern, quälen: I. dolores: sin forte longiuquitate producti (dolores) vehementius tamen torquent, quam ut causa sit, cur ferantur; T V, 117.

timor: cum ... futuri atque impendentis (doloris) torquet timor; F II, 95.

vertices: »nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices«; T II, 21.

II. alqm: nt in voluptate sit, qui epuletur, in dolore, qui torqneatur; F II, 16. qui ... cruciari dies, noctes torqneri vellent; F V, 29. sit .. idem caecus, debilis, ... torqueatur eculeo; F V, 84. hoc nudum relinquitur, possitne quis beatus esse, quam diu torqueatur; T V, 14 (13). quam ob rem is, qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit; T V, 24. *te* tuae ‖ te, al. ‖ lubidines torquent; P 18.

cervices: ut ... cervices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant; ‖ torquent? ‖ L II, 39.

corpus: »eius (Anguis) ipse (Anguitenens) manet religatus corpore torto«; N II, 109.

homines: cum (homines) ... ob eum .. errorem ... durissimis animi doloribus torqueantur; F I, 43.

imbecillitatem: quodsi depravatio consuetudinum, si opinionum vanitas non imbecillitatem animorum torqueret et flecteret, quocumque coepisset; L I, 29.

mnndum: una conversione atque eadem ipse circum se (mundus) torquetur et vertitur; Ti 19.

oculum: cum oculum torsisset; A II, 80. ſ. cervices.

ora: ora torquentur; O I, 131.

sapientem: illorum ratione ... non posse sapientem beatum esse, cum eculeo torqneatur; F III, 42. etiamsi (sapiens) uratur, torqueatur, secetur; T V, 73.

stultos: stulti .. malorum memoria torquentur; F I, 57.

terram: quae (terra) cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat; A II, 123.

torquis, Halskette: detraho: ſ. **detraho,** II. torquem (4 St.) B. I, S. 654, b.

induo: si ... ex eius (Galli) spoliis sibi et torquem et cognomen induit ullam aliam ob causam, nisi quod ..; F II, 73.

torrens, Gießbach: cum .. fertur quasi torrens oratio; F II, 3.

torreo, dörren, ſengen: alqd: cum ... terra ... aestiva ‖ † aestula ‖ maturitate alia mitigaverit, alia torruerit; R IV, 1.

cingulum: medium .. illum et maximum (cingulum) solis ardore torreri; R VI, 21.

parietes: »tosti alti stant parietes deformati atque abiete crispa«; T III, 44.

tortor, Folterknecht: I. rapio ad: cum constantia, gravitas, fortitudo, sapientia relinquaeque virtutes rapiantur ad tortorem; T V, 13.

II. eculens: si ille ‖ si ‖ sapiens ad tortoris eculeum a tyranno ire cogatur; F IV, 31.

os: nec (vita beata), ... cum tortoris os viderit, consistet; T V, 80.

tortuosus, gewunden, verworren: alqd: nec .. in Torquati sermone quicquam implicatum aut tortuosum fuit, nostraque ... dilucida oratio; F III, 3.

alvus: est .. (alvus) multiplex et tortuosa; N II, 136.

genus: ut ... totum tortuosum genus disputandi relinquamus; A II, 98.

ingenium: neque .. fidum potest esse multiplex ingenium et tortuosum; Lae 65.

loca: ex tortuosis locis et inclusis *sonі* referuntur ampliores; N II, 144.

visa: deosne immortalis ... obiecere iis (mortalibus) visa quaedam tortuosa et obscura; D II, 129.

tortus, Windung: draco: »haec (dextra) interemit tortu multiplicabili draconem arriferam obtutu adservantem arborem? ‖ ſ ‖« T II, 22. »vidimus immani specie tortuque draconem terribilem«; D II, 63.

Digitized by Google

torus, Muskel: so pectora, o terga, o lacertorum tori! T II, 22.

torvus, wild: has inter (stellas) ... torvus Draco serpit; N II, 106.

tosillae, Speicheldrüsen: is (stomachus) utraque ex parte tosillas attingens; N II, 135.

tot, so viele: I. **ohne Correlat:** qui (Diodotus) mecum vivit tot annos; A II, 115. annos septuaginta natus (tot enim vixit Ennius); C 14. cum ... tot artes, tantae scientiae ‖ [tantae sc.] ‖ tot inventa (animorum sint); C 78. si .. tot sunt in corpore bona, tot extra corpus in casu atque fortuna; T V, 25. tot (centuriae) .. reliquae sunt; R II, 39. tot centurionibus suis inspectantibus; D II, 23. ubi .. illi tot di? N I, 33. ut ... iacere necesse sit tot tam nobiles disciplinas; A II, 147. si ... quinquaginta sint filiae, tot dotes magnam quaerunt pecuniam; P 44. .. nam .. tot clarissimorum ducum regumque naufragium sustulit artem gubernandi? D I, 24. sustinnero Epicureos, tot meos familiares, tam bonos, tam inter se amantes viros; A II, 115. cui (vitae) refertae tot tantisque gaudiis Fortuna ipsa cedat necesse est; T V, 72. in tot gentibus (genera iuris) varia; R III, 17. solum ... ex tot animantium generibus atque naturis; L I, 22. ex tot generibus nullum est animal praeter hominem, quod ..; L I, 24. tot qui sublatos homines (recordetur); P 46. tot ingeniis tantisque studiis (verum) quaerentibus; A II, 76. inventa: ſ. artes. inde tot iudicia de fide mala, tutelae; N III, 74. quo modo .. tot legibus sanctus in exilium nomen exulis non perhorrescis? P 32. quod a tam multis et quod tot locis perferatur; T II, 46. in his tot et tantis (malis) ... potest esse sapiens; T V, 29. cur (Pythagoras) tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit? F V, 87. tot milia latrocinantur morte proposita; N I, 86. quod omnes uno verbo „malum" appellamus, id tot modis posse dicere; T II, 80. neque tot nationes id ad hoc tempus retinuissent; L II, 33. naturae: ſ. genera; L I, 22. haec ... tot nominibus a Stoicis appellata; F V, 90. haec tot et alia plura nonne inutile est vitiorum subire nomina? O III, 57. totas noctes somniamus ‖ tot noctes dormimus ‖; D II, 121. frustra .. consumptae tot noctes tam longa in aetate; D II, 141. de .. errore tot philosophorum (disseramus); A II, 147. cur ante etiam tot civitatis principes a Cinna interempti? N III, 80. an Achivorum exercitus et tot navium rectores non ita profecti sunt ab Ilio, ut ..? D I, 24. ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas ... in animis notiones ... haberemus; T I, 57. quae (vis) tot res efficiat et tantas; T I, 65. ut (natura) corporibus tot res salutaris, animis nullam invenerit; T IV, 58. tot rebus ipsis se inmutantibus; N II, 19. quae quom tot res tantaeque sint; L I, 62. reges: ſ. duces. qui (Graeci) in his rebus tot iam saecula versantur; A I, 25. nihilne tot saeculis summis ingeniis ... explicatum putamus? A II, 15. nonne putarem post illos veteres tot saeculis inveniri verum potuisse; A II, 76. credo equidem etiam alios tot saeculis, sed, quod ‖ in ſ litteris exstet, Pherecydes Syrius primum ‖ primus ‖ dixit ..; T I, 38. in eo magistra vitae philosophia tot saecula permanet; T II, 16. has .. tot sententias ut omittamus; A II, 130. cum tot signis eadem natura declaret, quid velit; Lae 88. tu .... nonne animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi ... effugerint? N III, 89. quid tanta tot versnum memoria voluptatis affert? F I, 25. horum nominibus tot virorum atque tantorum expositis; A II, 13. ceteri tot viri et tanti repudiati ab eo ... discedent; A II, 118. quid ... tot tantosque viros ... cogitasse arbitramur? T I, 32. ne (Cinna) tot summos viros interficeret; N III, 81. cum (sapiens) ... reliquis utatur tot tam variisque virtutibus; T V, 72. qui (animus Reguli) tot virtutum praesidio tantoque comitatu ... capi ... non potuit; P 16. cum (eorum factum) sit tot vitiis inquinatum; O III, 60. quid Autipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus? A fr 1.

II. **mit Correlat:** quot: quot avis taetro mactatas dente videtis, tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos; D II, 64. quot hominum linguae, tot nomina deorum; N I, 84. quot homines, tot sententiae; F I, 15.

quotcumque: huic (praetori) potestate pari, quotcumque senatus creverit populusve iusserit, tot sunto; L III, 8.

ut: postea tot leges et proxumae qnaeque duriores, tot rei, tot damnati, tantnm [Italicum] bellum ... excitatum, ... ut inbecillitate aliorum ... valeamus; O II, 75. tot .. rationes (Plato) attulit, ut velle ceteris, sibi certe persuasisse videatur; T I, 49.

totidem, eben so viele: I. **ohne Correlat:** ii (Procles et Eurysthenes) nec totidem annos vixerunt; D II, 91 (90). auxilia totidem sunt contra comparanda; A II, 46. perniciosa (definieram genera) tribus illis totidem contraria; R II, 65. dierum quinque scholas, ut Graeci appellant, in totidem libros contuli; T I, 8. totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum; D II, 2. quam (epistulam) modo totidem fere verbis interpretatus sum; F II, 100. Zenonem roges; respondeat totidem verbis; F IV, 69. haec eadem, quae Epicnrus, totidem verbis dicit Hieronymus; T V, 118.

II. mit quot: fiebat, ut soli luna totidem conversionibus in aere illo, quot diebus in ipso caelo, succederet; R I, 22. quot .. et quales animalium formas mens in speciem rerum intuens poterat cernere, totidem et tales in hoc mundo secum cogitavit effingere; Ti 34. in his (definitnt), quale sit id, quod percipi et comprendi possit, totidem verbis, quot Stoici; A II, 40.

totiens, so oft: esset mirabile, quo modo id (fulmen) luppiter totiens iaceret, cum unnm haberet; D II, 44. quod (bonum) in hoc sermone totiens usnrpatum est; F III, 33.

totus, ganz, völlig: A. **bei Substantiven:** alqs: cum ... totum .. se ad investigationem naturae contulisset; A I, 34. qui a te totus diversus est; A II, 101. in physicis ... (Epicurus) totus est alienus; F I, 17. totum Epicurum paene e philosophorum choro sustulisti; F I, 26. tu totus haeres in corpore; F II, 106. traducas me ad te totum licebit; F IV, 2. cum omnes natura totos se expetendos putent; F V, 46. totos se ad studia doctrinae conferunt; F V, 57. totos .. nos in contemplandis rebus ... ponemus; T I, 44. quod didicerunt se totos esse perituros; T I, 49. ut ... totos se in optumo vitae statu exquirendo conlocarent; T V, 2. tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus; T V, 5. cui (Catoni) ... me totum ... dedidi; R II, I. quom se ipse perspexerit totumque temptarit ‖ temptarit totumque perspexerit ‖; L I, 59. cui (patriae) nos totos dedere ... debemus; L II, 5.

Digitized by Google

optimo quisque ingenio ... totum se in cognitione ... collocaret; O I, 158. posteaquam ... me .. totum rei publicae tradidi; O II, 4. cum .. aliqua iis ... honesta res obiecta est, totos ad se convertit et rapit; O II, 37. qui se totos tradiderunt voluptatibus; Lae 86. qui est totus aptus ex sese; P 17.

alqd: quamquam totum hoc, sapientem aliquando sustinere adsensionem, contra vos est; A II, 53. nisi vero Ennium non putamus ita totum illud audivisse: »o pietas animi,« ... ut si vigilans audiret; A II, 88. quibusdam ... totum hoc displicet, philosophari; F I, 1. quae (Epicurus) sequitur, sunt tota Democriti, ‖ Democriti. ‖ atomi, inane, imagines, quae *εἴδωλα* nominant; F I, 21. id totum evertitur eo dilectu rerum ... constituto; F I, 36. id oportere totum poni in potestate sapientis; F II, 86. totum .. id externum est; F II, 89. nunc totum illud concludi sic licet; F II, 104. quod totum contra est; F IV, 40. hoc totum .. ii tollunt; F V, 23. totum .. hoc leve est, qualecumque est; T I, 82. totum .. id, quod quaerimus, quid et quale sit; T III, 11. nonne res declarat fuisse totum illud voluntarium? T III, 64. hoc detracto, quod totum est voluntarium; T III, 83. erit .. hoc totum, quod quaero, ex utroque perfectius; T IV, 9. totum .. hoc de voluptate sic ille praecipit, ut ..; T V, 95. totum hoc ‚aut etiam aut non' (Epicurus) negavit esse necessarium; N I, 70. ista, quae vos dicitis, sunt tota commeuticia; N I, 94. hoc totum quale sit, mox; N III, 37. falsum est ... id totum; R II, 28. id totum dixi ex Crassi ... sententia; L III, 42. quod adfert opinionem sensus rationis expers, quod totum opinabile est; Ti 3.

Infinitiv: ut totum hoc beate vivere in una virtute poneret; T V, 33. ∫. alqd; F I, 1.

Academia: et ista et totam veterem Academiam ... renovari a te ... velim; A I, 14.

aegritudo: quae (aegritudo) tota poterit evelli avplicata ... causa aegritudinis; T III, 61.

aestas: cum tota aestate obrutam ... (Aegyptum Nilus) tenuit; N II, 130.

aetates: (se) anteponere) unum diem Cinnae multorum et clarorum virorum totis aetatibus; T V, 55.

amicitia: qui (Epicurei) verentur, ne ... tota amicitia quasi claudicare videatur; F I, 69. quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur? Lae 97.

amor: totus .. iste, qui volgo appellatur amor, ... tantae levitatis est, ut ..; T IV, 68.

animal: si quod esset animal, quod totum ex mente constaret; F IV, 28. ita totum animal movebatur illud quidem, sed iumoderate; Ti 48.

animans: toto .. animante deleto; T I, 90.

animus: qui (animi) ... se totos libidinibus dedissent; T I, 72. cui (menti) regnum totius animi a natura tributum est; T III, 11. huic discendi ... delectationi toto se animo dedisse nt? T V, 115. horum (consilii, rationis, mentis) .. potestas in totum animum esse debet; T IV, 77.

Aquarius: capiti .. Equi proxima est Aquarii dextra totuseque deinceps Aquarius; N II, 112.

ars: videte, ne contra vos tota (ars) nata sit; A II, 92. quae (rhetorum artes) sunt totae foreuses atque populares; F III, 4. ∫. res; A I, 3. scaena.

augurium: totius augurii .. naturam ipsam videre; D II, 80.

auspicium: ex acuminibus .., quod totum auspicium militare est, iam M. Marcellus ... totum omisit; D II, 77.

bellum: tantus .. imperator ... fuit proeliis, oppugnationibus, navalibus pugnis totiusque belli instrumento et adparatu; A II, 3.

bonum: summo bono a te ita constituto, ut id totum in non dolendo sit; F II, 11.

caelum: totum prope caelum uonne humano genere completum est? T I, 28. (possent) una totius caeli conversione cursus astrorum disparcs conservari? N II, 19. quod is (sol) diem efficeret toto caelo luce diffusa; N II, 95. cum ... caelum totum cernerent astris distinctum; N II, 95. cum ... astra ... eandem .. totius caeli discriptionem ‖ descr. ‖ longis intervallis rettulerint; R VI, 24.

Caria: Caria tota praecipueque Telmesses ... in osteutis animadvertendis diligentes fuerunt; D I, 94.

cavea: qui clamores tota cavea nuper in ... M. Pacuvi nova fabula! Lae 24.

causa: ut causam ex eo totam cognoscerem; A II, 12. quod tota in hac causa difficillimum est; T I, 78. nobis ita conplectenda in hac disputatione tota causa est universi iuris ac legum, ut ..; L I, 17.

civis: tradet .. (fortis civis) se totum rei publicae; O I, 86.

civitas: in te unum ... se tota convertet civitas; R VI, 12. quam sensim pernicies inlapsa in civium animos ... repente totas civitates everteret; L II, 39. ut .. cupiditatibus principum ... infici solet tota civitas, sic ..; L III, 30.

classis: in una centuria ... plures censebantur quam paene in prima classe tota; R II, 40.

compositio: tota .. huius iuris compositio pontificalis magnam religionem ... declarat; L II, 55.

conclusio: unius argumenti conclusione tota ab iis ‖ his ‖ causa comprenditur; A II, 40. iacet .. tota conclusio; D II, 106.

constructio: quanto artificio esset sensus nostros mentemque et totam constructionem hominis fabricata natura! A II, 86.

controversia: controversiam totam istam posse sedari; L I, 54.

copia: hanc totam copiam iam Lucullo nostro notam esse oportebit; F III, 8.

Corinthus: cum ipse (L. Mummius) totam Corinthum contempsisset; P 38.

corpus: cum ... ponebas cumulatum ... cruciatibus maximis toto corpore; F II, 63. sic ex corporis totius natura ... varios motus cieri tamquam in cantu sonos; T I, 19. nervos, venas, omnem denique membrorum et totius corporis figuram videor posse dicere, unde concreta ... sint; T I, 56. [sic totum dolere corpus] ‖ si tactum dolore corpus ‖; T II, 52. toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis adserviunt; T II, 56. reliquae partes totumve corpus statu cum est motum; T III, 15. ut medici toto corpore curando minimae etiam parti ... medentur, sic ..; T III, 82. morbum appellant totius corporis corruptionem; T IV, 28 (29). qui ... toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis; T V, 26. a corde .. in totum corpus (cibus) distribuitur per venas; N II, 137. utraeque .. (venae, arteriae) crebrae multaeque toto corpore intertae; N II, 138. huc adde nervos ... eorumque implicationem corpore toto pertiuentem; N II, 139. tactus .. toto corpore aequabiliter fusus est; N II, 141. ut totum corpus rei publicae curent; O I, 85. ut ... iuterire totum corpus necesse esset, sic ..; O III, 22.

decorum: hoc ... decorum totum illud quidem est cum virtute confusum, sed ..; O I, 95.

dialectica: qui (Epicurus) totam dialecticam .. contemnit; A II, 97. totam .. evertit (Epicurus) dialecticam; A II, 97. tum ‖ tune ‖ pseudomenon et soritam et totam dialecticam .. illudis; ‖ ? ‖ fr V, 55.

Digitized by Google

II, 1. adhibeo: quas vocum aut florum varietates ... adhibebis ad deos? N I, 112.

cerno: cernerent ... lunae .. luminum varietatem tum crescentis, tum senescentis; N II, 95.

cogito: qui vitae varietatem ... cogitat; T III, 34.

cognosco: maturitates temporum et varietates mutationesque cognovimus; N II, 155.

dico: eam si varietatem diceres, intellegerem; F II, 10.

efficio: lovis stella ... easdem .., quas Saturni stella, efficit in cursu varietates; N II, 52.

facio: ſ. **facio**, III. varietatem (3 St.) ℬ. II, S. 19, b.

habeo: cum .. illi orbes ... varietatem maximam habeant; D II, 92.

invenio: auribus oblectatio magna parta est inventa et temperata varietate et natnra sonorum; T I, 62. operibus ‖ operis ‖ hominum ... cibi etiam varietas inventur et copia; N II, 151.

iudico: quo (iudicio) iudicatur ... varietas sonorum; N II, 146.

nosco: si (ille divinus) surdus sit, (num possit) varietates vocum aut modos noscere? D II, 9.

patior: an, quaecumque (leges) erunt? at ... nec varietatem natura patitur; R III, 18.

perspicio: ut perspicerent rerum humanarum inbecillitatem varietatemque fortunae; O 1, 90.

puto: tantam varietatem pulchritudinemque rerum caelestium ... si tuum domicilium putes; N II, 17.

supero: varietates .. iniuriasque fortunae facile veterum philosophorum praeceptis instituta vita superabat; F IV, 17.

tempero: ſ. invenio; T 1, 62.

tribuo: temporum varietates ... a dis inmortalibus tribui ... pntant; N 1, 4.

2. nascor ex: ex utilitatis varietatibus ... nasci discordias; R 1, 49.

sum in: tanta sunt in varietate et dissensione, ut ..; N I, 2.

versor in: sive a viris in rerum publicarum varietate versatis inventa ... res; R III, 4.

III, 1. amicus: quae (fortuna) amica varietati constantiam reapuit; N II, 43.

2. praeditus: siderum errores ... varietate admirabili praeditos; Ti 33.

1V, 1. conferciri: vita .. conferta volnptatum omnium varietate; F II, 64.

delectari: varietatene eum (denm) delectari putamus? N I, 22.

distingui: quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur; N II, 98. ut hunc (ignem) varietate distinctum bene Graeci *κόσμον*, nos lucentem mundum nominaremus; Ti 35.

exornari: qua (varietate) caelum et terras exornatas videmus; N I, 22.

laetus: res rusticae laetae sunt ... florum omnium varietate; C 54.

pari: ſ. II, 1. invenio; T I, 62.

revocare: neque ... (Sirenes) videntur ... varietate cantandi revocare eos solitae; F V, 49.

2. ex: quae omnia fiunt .. ex caeli varietate; D I, 79.

in: in tanta animantium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis; A fr 14. poëtae in magna varietate personarum, ... quid deceat, videbunt; O I, 98.

sine: sine varietate colorum licebat vivere beate; T V, 114. sine nlla mutatione aut varietate cetera labuntur celeri caelestia motu; N II, 104.

vario, wechſeln, ändern: I. abſolut: in eo non numquam variari inter eos et dubitari videtur; F V, 12.

II. alqd: haec .. in inbecillo remissoque animo multa omnibus modis confusa et variata versantur; D II, 140.

conexionem: quae (conexio rerum) suo ordine et lege ‖ sic ‖ variator, ita tamen ‖ [ita tamen] ‖, ut ipsa varietas habeat aeternitatem; Fa, fr 2.

voluptatem: ut postea variari voluptas distinguique possit, augeri amplificarique non possit; F I, 38. cum omnis dolor detractus esset, variari, non augeri voluptatem; F II, 10.

varius, bunt, mannigfaltig, verſchieden, wechſelnd, unbeſtändig: A. **bei Subſtantiven:** alqs: qui (Plato) varius et multiplex et copiosus fuit; A I, 17.

alqd: quales (di) sint, varium est, esse nemo negat; N II, 13. in quo (ordine) nihil est temerarium, nihil varium, nihil fortuitum; N II, 43. quae multa et varia in hominum vita fortunaque versantur; O 1, 67.

animus: si ne in uno quidem quoque unus animus erit idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex; Lae 92.

casus: virtus subiecta sub varios incertosque casus; T V, 2.

certamen: cum ... proelii .. certamen varinm atque anceps fuisset; R II, 13.

cervix: »anguem ... varia graviter cervice micantem«; D I, 106.

compositio: quorum (sonorum) varia compositio etiam harmonias efficit pluris; T I, 41.

concentus: qui (sonus) acuta cum gravibus temperans varios aequabiliter concentus efficit; R VI, 18.

curationes: earum .. perturbationum ... variae sunt curationes; T IV, 59.

cursus: banc tantam tam variis cursibus in omni aeternitate convenientiam temporum non possum intellegere sine mente; N II, 54. quem ad modnm in dissimillimis motibus inaequabiles et varios cursus servaret una converaio; R 1, 22.

disciplinae: de variis disciplinis philosophorum loquar; T II, 15.

errores: nationum varios errores perspicere cum liceat; T 1, 108. ita variis inbuimur erroribus, ut ..; T III, 2.

fabulae: in quibus (fabulis) tam multis tamque variis; F I, 65.

formae: »variae nocturno tempore visae terribiles formae«; D I, 18.

fortuna: varinm poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna, voluptas etiam varia dici solet; F II, 10.

gentes: si quis ... multas et varias gentis et urbes despicere ... possit; R III, 14.

genus: ex hac opinione sunt illa varia et detestabilia genera lugendi; T III, 62. quam varia genera bestiarum! N II, 99. terra .. feta frugibus et vario leguminum genere; N II, 156. non videmus, quam sint varia terrarum genera? D I, 79. non modo in tot gentibus (genera iuris) varia, sed in una urbe ... milliens mutata demonstrem; R III, 17. qui ... versatus sum in vario genere bellorum; C 18.

mala: »nos ... humanae vitae varia reputantis mala«; T 1, 115.

Digitized by Google

modi: animo .. multis modis variisque delectari licet; T V, 111.

molestiae: nostris ... variis ... molestiis alia nulla potuit inveniri levatio; T IV, 121.

mores: quem morem potissimum sequerentur e variis; L II, 40. ſ. fortuna.

motus: ex corporis totius natura et figura varios motus cieri tamquam in cantu sonos; T I, 19.

musae: »variis avido satiatus pectore musis«; F V, 49.

mutationes: luna ... varias ipsa lucis mutationes habet; N II, 103.

opiniones: quorum opiniones cum tam variae sint tamque inter se dissidentes; N I, 5.

oratio: reliqua .. multa et varia oratione defendunt; A II, 41. ſ. fortuna.

partes: quae (coniectura) in varias partis duci possit, non numquam etiam in contrarias; D II, 147.

pastus: quibus (bestiis) ipsa terra fundit ex sese partus varios; F II, 111.

poëma: ipse varium et elegans omni fere numero poëma fecisti; A I, 9. ſ. fortuna.

qualitates: ex iis .. (principibus qualitatibus) variae ortae sunt et quasi multiformes; A I, 26.

reprehensiones incurreret; F I, 1.

res: quam multae quamque de variis rebus .. causae (collectae sint)! F IV, 13.

sententiae: varias philosophorum fuisse sententias; F III, 30. de qua (quaestione) tam variae sunt ‖ sint ‖ doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiae, ut ..; N I, 1.

sermo: inde vario sermone sex illa a Dipylo stadia confecimus; F V, 1. varium .. sermonem (fluxisse); N I, 6. quod (convivium) ad multam noctem ... vario sermone producimus; C 46.

soni: nihil tam facile in animos teneros ... influere quam varios canendi sonos; L II, 38. ſ. motus.

spectacula: quam multa, quam varia, quanta spectacula animus in locis caelestibus esset habiturus; T I, 47.

suavitas: propter variam suavitatem studiorum; R I, 7.

tormenta: propter tam varia et tam multa tormenta fortunae; T V, 1.

virtutes: cum (sapiens) ... reliquis utatur tot tam variisque virtutibus; T V, 72.

visa: incidit (animus) in visa varia et incerta; D II, 128.

voluptates: inpellit (ratio) ... ad conspiciendas ... varias voluptates; T III, 33. ſ. fortuna.

urbes: ſ. gentes.

usus: est .. varius et multiplex usus amicitiae; Lae 88.

B. **allein:** exposuo, specto: expones, quae spectet, florida et varia? T III, 43.

gigno: quod (natura) tam multa ad vescendum, tam varia et tam iucunda giguit; N II, 131.

varix, Krampfader: cum varices secabantur C. Mario, dolebat; T II, 35.

vas, Bürge: accipio: quorum cum alterum vadem mortis ‖ [mortis] ‖ accepisset, alter, ut vadem suum liberaret, praesto fuisset; T V, 63.

do: vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico? F II, 79.

facio: ut ... vas factus sit alter eius sistendi; O III, 45.

libero: ſ. accipio.

posco: qui (C. Iulius) hominem nobilem, L. Sestium, ... vades .. poposcit; R II, 61.

vas, Gefäß, Gerät: I. sum: corpus .. quasi vas est aut aliquod animi receptaculum; T I, 52

II, 1. conloco: cum ... legati .. *vas* illud, in quo inerant sortes, collocavissent; D I, 76.

dico: ut, cum vas inane dicimus, non ita loquimur, ut physici, ... sed ita ut verbi causa sine aqua, sine vino, sine oleo vas esse dicamus ‖ dicimus ‖; Fa 24.

paro: cetera parare, quae parantur pecunia, ... vestem egregiam, vasa pretiosa? Lae 55.

2. infundo in: quo tamquam in aliquod vas ea, quae meminimus, infundantur; T I, 61.

sum sine: ſ. 1. dico.

vastificus, unförmlich: »Erymanthiam haec (dextra) vastificam abiecit beluam? ‖ ‖« T II, 22.

vastitas, Wüste, Verwüstung, Verheerung: I. sum: denn respondisse (monstrum) vastitatem esse Italiae; D I, 49.

II. inveho ex: cum (ibes) volucris anguis ex vastitate Libyae vento Africo invectas interficiunt; N I, 101.

III. causae: collectis ceteris causis eluvionis pestilentiae, vastitatis; O II, 16.

IV. terrere: quae (causa) terreret animos ... vastitate, pestilentia; N II, 14.

vasto, veröden: qui (homines) ... non patiuntur eam (terram) nec inmanitate beluarum efferari nec stirpium asperitate vastari; N II, 99.

vastus, öde, wüst, groß, ungeheuer, entſetzlich: barbaria: quae barbaria Iudia vastior ant agrestior? T V, 77.

belua: visam beluam vastam et immanem ... omnia arbusta ... pervertere; D I, 49. qui (tyrannus) quamquam figura est hominis, morum tamen inmanitate vastissimas vincit belnas; R II, 48. immani et vastae insidens beluae; R II, 67. ſ. figura.

clangor: »iecore opimo farta (Iovis satelles) ... clangorem fundit vastum«; T II, 24.

figura: elephanto beluarum nulla prudentior; at figura ‖ ad figuram ‖ quae vastior? N I, 97.

fossa: ut unus aditus ... fossa cingeretur vastissima; R II, 11.

quadrupes: »hic (Centaurus) dextram porgens, quadrupes qua vasta teuetur«; N II, 114.

solitudines: in ipsis quasi maculis, ubi habitatur, vastas solitudines interiectas; R VI, 20.

vates, Weisſager, Seher: I, 1. adsequitur: num .. aut, quae tempestas inpendeat, vates ‖ vatis ‖ melius coniciet quam gubernator aut morbi uaturam acutius quam medicus aut belli admiuistratiouem prudentius quam inperator coniectura adsequetur? D II, 12.

canunt: multa ... praedicta sunt ... »versibus, quos olim Fauni vatesque canebant«; D I, 114. similiter Marcius et Publicius vates cecinisse dicuntur; D I, 115.

coniciti: num .. aut haruspex aut augur aut vates quis aut somnians melius coniecerit ... evasurum aegrotum ... quam medicus? D II, 13. ſ. adsequitur.

dicunt: ut interdum veteres illi .. vates ..., qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore poenarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur; fr V, 95.

est: postremo a Rhodia classe deserti verum vatem fuisse sensistis; D I, 69.

fundunt: »multa .. per terras vates oracla furenti pectore fundebant«; D I, 18.

Digitized by Google

vident: quo modo .. aut vates aut somniantes ea videant, ... magna quaestio est; D I, 117. tu vates Boeotios credis Lebadiae vidisse ex gallorum gallinaceorum cantu victoriam esse Thebanorum; D II, 56. ſ. dicunt.
videntur: ſ. dicunt.
vigilant: quae vigilantibus accidunt vatibus, eadem nobis dormientibus; D I, 115.
2. sum: (sunt ii) »superstitiosi vates inpudentesque harioli«; D I, 132.

II, I. adduco: ad aegros non vates aut harioios, sed medicos solemus adducere; D II, 9.
audio: sive tu vatem sive tu omen audieris; D II, 149.
colo: ut haruspices, augures, harioli, vates, coniectores nobis essent colendi; N I, 55.
perhibeo: »bene qui coniciet, vatem hunc perhibebo optumum«; D II, 12.
2. accido: ſ. I, 1. vigilant.
contingo: quod aut vatibus contingit aut dormientibus; D I, 113.
credo: nec Marciis vatibus nec Apollinis opertis credendum existimo; D II, 113.
3. venio ad: ut ad vates veniamus et ad somnia; D II, 85.

III. ecfata: »quod (genus sacerdotum) interpretetur fatidicorum et vatium ecfata incognita«; I, II, 20.
praedictiones: saepe hariolorum etiam et vatum furibundas praedictiones, ut Octaviano bello Cornelii Culleoli, audiendas putaverunt; D I, 4.
praedicta: sunt ad placandos deos alii (sacerdotes) constituti ..., ad interpretanda alii praedicta vatium neque multorum; I, II, 30.
ratio: haec .. vatium ratio est, nec dissimilis sane somniorum; D I, 115.

vaticinatio, Weisſagung: I. sunt: vera esse haruspicum *responsa*, auspicia, oracula, somnia, vaticinationes; A II, 107. ſ. II, 2.

II, 1. do: quoniam dant aliquid, idque non parvum [vaticinationes cum somniis]; D I, 113.
2. adhibeo: somniis, vaticinationibus, oraclis, quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibitae sunt interpretum; D I, 116.
III, I. alqd: reliqua vaticinationis brevi esse confecta; D I, 68.
exempla: expositis exemplis verarum vaticinationum et somniorum; D I, 71.
interpretatio: exoritur ... somniorum [..] interpretatio eodemque modo et oraculorum et vaticinationum; D I, 116.
praedictio: quae (gens, civitas) non ... aut somniorum aut vaticinationum ... praedictione moveatur; D I, 12.
2. alqd ex: multa ex Sibyllinis vaticinationibus ... commemorare possum; N II, 10.
IV. declarari: multa oraclis ‖ oraculis ‖ declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis; N II, 163.
fundi: restant .. sortes eae, quae ducuntur, non illae, quae vaticinatione funduntur, quae oracla verius dicimus; D II, 70.

vaticinor, weisſagen: I, 1, a. genus: restant duo divinandi genera, quae habere dicimur a natura, non ab arte, vaticinandi et somniandi; D II, 100.
b. videre: si quando (animi) vel vaticinando vel somniando vera viderunt; D II, 108.
2. alqs: quod et somniantibus saepe contingit ‖ contigit ‖ et non numquam vaticinantibus per furorem; D I, 34. ii ... ardore .. inflammati ... cernunt illa profecto, quae vaticinantes pronuntiant; D I, 114. multa a vaticinantibus saepe praedicta sunt; D I, 114.
II. acc. c. inf.: remigem quendam e quinqueremi Rhodiorum vaticinatum madefactum iri ... Graeciam sanguine; D I, 68. Agrigentinum .. doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ‖ esse ‖ ferunt ... ea contrahere amicitiam; Lae 24.
III. vera: ut vaticinari furor vera soleat; D I, 67. multi saepe vera vaticinati, ut Cassandra; D II, 112.

uber, Euter: rigare: »altrix, Martia, quae parvos Mavortis semine natos uberibus gravidis vitali rore rigabat«; D I, 20.
sustentari: quo in loco cum (Romulus) esset silvestris beluae sustentatus uberibus; R II, 4.

uber, ergiebig, fruchtbar, reich, gehaltvoll, ausführlich: alqs: Democritus huic in hoc simillis, uberior in ceteris; A II, 118.
alqd: ut sint illa vendibiliora, haec uberiora certe sunt; F I, 12. omnium rerum ... nihil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius; F I, 65. quibus (Peripateticis) nihil est uberius; T III, 22. spero .. multo uberiora fore, quae a te dicentur, quam illa ... omnia; R I, 37. viane ... nos ... quaeramus isdem de rebus aliquid uberius, quam forensis usus desiderat? L I, 15. qua (philosophia) nihil a dis inmortalibus uberius ... datum est; L I, 58. omnium .. rerum ... nihil est agri cultura melius, nihil uberius; O I, 151. agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius nec specie ornatius; C 57.
agri: quod (Telmesses) agros uberrumos maximeque fertiles incolunt; D I, 94. agri arvi et arbusti et pascui lati atque uberes defniebantur, qui essent regii; R V, 3.
ars: nobis placet ... in hac maiore et ubriore arte versari; T I, 7.
cognitio: adiungendam ... uberiorem rerum cognitionem putavit; R III, 5.
copia: materiam .. rerum et copiam apud hos exilem, apud illos uberrimam reperiemus; F IV, 12 (13).
doctrina: ad paternam .. magnitudinem animi doctrina uberior accesserat; C 35.
fontes: istorum disputatio quamquam uberrimos fontes virtutis et scientiae continet; R I, fr 5. fr V, 42.
fructus: qui omni e philosophia ‖ omnis philosophiae ‖ est fructus uberrimus; T I, 119. haec (philosophia) ... ea ... serit, quae adulta fructus uberrimos ferant; T II, 13. quarum (vitium) uberrumi laetissumique fructus nihil omnino ad bestias pertinent; N II, 156.
lingua: quam (linguam) plerique uberiorem putant; F III, 5.
locus: nullus feracior in ea (philosophia) locus est nec uberior quam de officiis; O III, 5.
materia: ſ. copia.
oratio: uberior oratio L. Crassi; O I, 133.
promissum: ullum .. esse philosophiae promissum uberius aut maius; T V, 19.
res: mihi liceret ... multis uberioribus atque maioribus (rebus) operae quantam vellem dare; L I, 10.
semina: quod ... ea (semina) Cleanthes paulo uberiora fecisset; D I, 6.
sententiae: eloquentiam ... fluere abundantem sonantibus verbis uberibusque sententiis; T I, 64.
spicae: ne seges quidem igitur spicis uberibus et crebris, si avenam aspiam videris; F V, 91.

uberius, gehaltvoller, ausführlicher: dico:

Digitized by Google

dicendum idem illud paulo uberius videtur; T V, 67. arbitrabar illum (familiarem) propter benivolentiam uberius id dicere; N I, 58. quae dici latius uberiusque potuerunt; R V, 6.

disputo: haec cum uberius disputantur et fusius; N II, 20.

explico: Erilli similia, sed opinor, explicata uberius et ornatius; A II, 129.

tracto: locus ... a Platone, Aristotele, Theophrasto totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime; D II, 3.

ohne Verb: uberius ista, quaeso; T I, 16.

ubertas, Ergiebigkeit, Reichhaltigkeit, Fruchtbarkeit, Fülle: I. adfert: uisi ‖ ni ‖ forte tanta ubertas et varietas pomorum ... dubitationem adfert, quin ..; N II, 158.

dicendi: cui (Alcidamanti) rationes eae ... defuerunt, ubertas orationis non defuit; T I, 116.

est: animadverterat (Thales) fortasse quadam scientia olearum ubertatem fore; D I, 112.

potest: quibus (elementis) ubertas orationis adhiberi vix potest, nec equidem eam cogito consectari; F III, 19.

II, 1. adhibeo, consector: ſ. I. potest.

declaro: habitu extorum ... declarari .. haec ..: pabuli genus et earum rerum, quas terra procreet, vel ubertatem vel tenuitatem; D II, 30.

habeo: ubertatem frugum et fructuum ... a dis se habere; N III, 86.

largior: ad hominum commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ..; L I, 25.

malo: qui ... ieiunitatem et famem se malle quam ubertatem et copiam dicerent; T II, 3.

reddo: ei (Academiae orator) vicissim reddit ubertatem orationis et ornamenta dicendi; Fa 3.

servo: «alios ad dies ubertatem lactis feturaeque servanto»; L II, 20.

2. dico de: siquidem satis a nostris et a ... Socrate dictum est de ubertatibus virtutis et copiis; N II, 167.

III. compleri: utrique Platonis ubertate completi; A I, 17.

incurvescere: (non intermittunt) «rami bacarum ubertate incurvescere»; T I, 69.

saturari: quae ... nata sunt, ... earum .. (mammarum) ubertate saturantur; N II, 128.

ubi, wo, wann, als, sobald als: A. **Adverb:** I. **relativ:** «ortus ubi atque obitus partem admiscetur in nnam»; N II, 108. ubi cum tyrannus cenavisset Dionysius; T V, 98. ubi in suo quisque est gradu firmiter collocatus; R I, 69. nec .. habet nostra mens quicquam, ubi consistat tamquam in extreuno; F I, 41. «ubi rigida constat crassa caligo inferum»; T I, 37. ubi tantum luctus continuatur; T II, 39. locus ille, ubi crematum est corpus; L II, 57. ubi Demosthenes et Aeschines inter se decertare soliti sunt; F V, 5. ut Spartae, rapere ubi pueri et clepere discunt; R IV, 3. «Europam Libyamque rapax ubi dividit unda»; T I, 45. N III, 24. Pythagorae illum ipsum locum, ubi vitam ediderat; F V, 4. «nos decebat ... domum lugere, ubi esset aliquis in lucem editus»; T I, 115. melioris, ... quam ibi fuissent, ... ubi primum extitissent; R II, 30. certum esse in caelo definitum locum, ubi beati aevo sempiterno fruantur; R VI, 13. hic .., ubi habitamus; T I, 69. in excelsiore loco ... eo ipso, ubi rex Tullus habitaverat; R II, 53. in ipsis quasi maculis, ubi habitatur; R VI, 20. «ubi fortuna Hectoris nostram acrem aciem inclinatam —»; T II, 39. omitto Eleusinem ..., «ubi initiantur gentes orarum ultimae»; N I, 119. cuclave illud, ubi (Deiotarus rex) erat mansurus; D I, 26. istum, ubi tu es natus, plus amabo posthac locum; L II, 4. nos et eam patriam ducimus, ubi nati, *et illam a qua excepti* sumus; L II, 5. ut ... nec ei (virtuti) quicquam, aut unde oriretur, daremt, aut ubi niteretur; F II, 43. quis (dux) non habet, ubi nitatur ‖ cui innitatur ‖; N II, 125. in Solonio .., ubi ad focum augues undinari solent; D II, 66. se hortulos aliquos emere velle. ... ubi se oblectare sine interpellatoribus postet; O III, 58. quod .. sapientia, pedem ubi poneret, non habebat sublatis officiis omnibus; F IV, 69. ubi Nilus ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ‖ praecipitatur ‖ ex altissimis montibus; R VI, 19. ubi cum de matre familias Tarquiniensi duo filios procreavisset; R II, 34. «sepulcrum ..., ubi remissa humana vita corpus requiescat malis»; T I, 107. ubi, quom satis erit ambulatum, requiescemus; L I, 14. ut ea ... in ea ipsa, ubi sentimus, parte versentur; T V, 111. ibi hoc dicit, ubi omnis eius (Epicuri) est oratio de summo bono; F II, 20. ut, ubi virtus sit, ... ibi esse miseria et aerumna non possit; F V, 95. ubi enim quicquid esset, quod disci posset, eo veniendum iudicaverunt; T IV, 44. in eo loco, ubi Fortunae unnc est aedes; D II, 86. in regno, ubi ne obscura quidem est ... servitus; R I, 47. eos agros, ubi hodie est haec urbs; R II, 4. ubi tyrannus est, ibi ... plane nullam esse rem publicam; R III, 43. ubi (iudicia) sunt, tamen persaepe falsa sunt; L I, 40. ubi turpitudo sit, ibi utilitatem esse non posse; O III, 35. ubi enim iudicium emptoris est, ibi fraus venditoris quae potest esse? O III, 55. si aliquo eum (animum mors) deducit, ubi sit futurus aeternus; C 66. non .., ubi quisque erit, eius loci ius tenebit; F 32. nisi meo in rem publicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus; O I, 78. est ubi id isto modo valeat; T V, 23.

II. **fragend:** 1. **direct:** qualis ista „fabrica' est? ubi adhibita? quando? A II, 87. ubi enim potest illa aetas aut calescere vel apficatione melius vel igni aut vicissim .. refrigerari? C 57. ubi ut eam (voluptatem) capret aut quando? F II, 61. nam ubi primum prudentiae locus dabitur? O III, 117. ubi enim liberalitas, ubi patriae caritas, ubi pietas, ubi aut bene merendi de altero aut referendae gratiae voluntas poterit existere? L I, 43. illud ..., quod vincit haec omnia, ... ubi iuvenimus? N II, 18. ubi eos inveniemus, qui ..? Lae 63. ubi enim istum inveniss, qui ..? Lae 64. ubi ergo apud antiquiores latuit amor iste investigandae veritatis? fr V, 32. tum ille: DICITO, SI PASCENTUR ‖ PASCUNTUR ‖. — PASCUNTUR. — quae aves? aut ubi? Div II, 72. ubi ea (disciplina) quaeretur, cum ..? O II, 6. refrigero: ſ. calesco. ubi enim (Antiochus) .. Xenocratem sequitur? A II, 143. ubi igitur illud est „semel'? A II, 82. ubi est illa definitio? A II, 95. amicitiae vero locus ubi esse potest? F II, 78. ubi sunt ergo ii, quos miseros dicis? T I, 11. ubi est acumen tuum? T I, 12. ubi igitur aut qualis est ista mens? — ubi tua aut qualis? T I, 67. ubi igitur malum est? T I, 82. ubi sunt ergo iati, qui iracundiam utilem dicunt? T IV, 79. ubi paupertas beatos esse non sinit? T V, 102. sed ubi est veritas? N I, 67. ubi igitur locus fuit errori decimo? N III, 76. ubi est igitur ista divinatio Stoicorum? D II, 21. ubi est, quod et vestrae litterae illum laudant patriae rectorem? R V, 8. sed ubi Xenocrates, ubi Aristoteles ista tetigit? A II, 136. quae est igitur aut ubi versatur fortuitarum rerum praesensio? D II, 14. ubi enim studia nostra viguissent, si ..? Lae 51.

Digitized by Google

ubi enim melius uti possumus hoc ... otio? T V, 121. — **ellipti∫ḋ:** ubi igitur virtus, si nihil situm est in ipsis nobis? A II, 39. sed ubi illud: »plus semper voluptatis«? F II, 95. nec tamen ille (Ti. Gracchus) erat sapiens (quis enim hoc aut quando aut ubi aut unde?); F IV, 65. ubi deinde illi tot di? N I, 33. ubi igitur illud vestrum beatum et aeternum? N I, 68. »ubi paulo ante sapiens illa virginalis modestia?« D I, 66. ubi igitur illae minae superiorum extorum? D II, 36. ubi ergo avium divinatio? D II, 77. ubi enim beneficus, si nemo alterius causa benigne facit? ubi gratus, † si non cum ipsi ‖ ipsum ‖ cernunt grati, quoi referunt gratiam? ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? L I, 49.

2. **indirect:** recordatione summorum virorum, ubi quisque habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus; L II, 4. ubi (animus) habitet, ne quaerendum quidem est; T I, 67. quaero .., vester deus .. ubi habitet; N I, 104. ∫. disputo. aequius videbatur Zenonem ... videre, ubi primum insisteret; F IV, 45. qui sciet, ubi quidque positum sit; F IV, 10. sedeo: ∫. disputo. ut possemus aliquando, qui et ubi essemus, agnoscere; A I, 9. tenemusne, quid sit animus, ubi sit? A II, 124. ne intellegere quidem ae posse, ubi sit aut quod sit ullum bonum praeter illud; F II, 7. quaerendum est .., ubi sit illud summum bonum; F III, 2. quid sit .. ipse animus aut ubi aut unde, magna dissensio est; T I, 18. sed alias, ubi sit animus, certe quidem in te est; T I, 70. cum (homines) quaedam etiampraeclara cuperent eaque nescirent nec ubi nec qualia essent; T III, 4. cui nihil est necesse nisi, ubi sit illud, quod veri simillimum videatur, anquirere; T IV, 47. doce me .., unde (di) sint, ubi sint; N I, 65.

B. **Conjunction: I. allein:** quem (Africanum) ubi agnovi, equidem coborsi; R VI, 10. annus, ubi sol suum totum confecit et peregravit orbem; Ti 32. »hanc (Iovis satellitem) ubi ... conspexit Marius ... faustaque signa ... notavit, .:. intonuit caeli pater«; D I, 106. ubi enim is, qui audire vult, ita dixit ..., contra disputatur; F II, 2. (perturbationes) ipsae se impellunt, ubi semel a ratione discessum est; T IV, 42. deinde, ubi (Epicurus) erubuit ..., confugit illuc; F II, 28. »hunc (draconem), ubi tam teneros volucris matremque peremit, abdidit«; D II, 64. — »de inproviso Chrysis ubi me aspexerit, alacris ob viam mihi veniet«; T IV, 67. — ubi lucere coepisset, clamitasse magos ..: D I, 47. — **ellipti∫ḋ:** ubi idem saepius, (Sophocles) ascendit in Arium pagum; D I, 54.

ubicumque, wo immer: ut sequens probabilitatem, ubicumque haec aut occurrat aut deficiat, aut „etiam" aut „non" respondere possit; A II, 104. miluo est .. bellum ... cum corvo; ergo alter alterius ubicumque nanctus est ova frangit; N II, 125. Teucri vox ...: »patria est, ubicumque est bene«, T V, 108. quam (virtutem) qui adeptus erit, ubicumque erit gentium, a nobis diligetur; N I, 121.

ubinam, wo: in qua (celeritate) non video ubinam mens constans et vita beata possit insistere; N I, 24.

ubique, überall: quod ubique genitum ‖ gentium ‖ est, ut ad eam urbem ... possit adnare; R II, 9. omnia eodem tempore ortos, qui ubique sint nati, eadem coudicione ‖ conditione ‖ nasci; D II, 93. omnia, quae ubique essent, sapientia esse? A II, 136. aut omnes mortales, qui ubique sunt, nesciunt; F II, 6. huic verbo omnes, qui ubique sunt, qui Latine sciunt, duas res subiciunt; F II, 13. ut omnia, quae ubique sint, sapientis esse dicatis; F IV, 74. omnes .., qui ubique sunt, consentiunt ..; T I, 35. si omnibus hominibus, qui ubique sunt quacumque in ora ac parte terrarum ..., deos consulere censemus; N II, 104. ut in maxumis motibus ... caeli nihil intersit, qui ventus, qui imber, quae tempestas ubique sit; D II, 94. deosne inmortalis ... concursare *circum* omnium mortalium, qui ubique sunt, ... lectos; D II, 129.

ve, oder, oder auch: I. **Substantiva, ſubſtantiviſche Pronomina und Adjectiva:** quis tibi istud dabit praeter Pyrrhonem, Aristonem eorumve similes? F IV, 49. paruma Epicuro Carneadive respondeam? D I, 109. ut in agrum Rutulorum Aboriginumque ‖ ve ‖ procederet; R II, 5. cur stella lovis aut Veneris ... saluteris sit, Saturni Martisve contraria; D I, 85. — UTI NE PROPTER TE FIDEMVE TUAM CAPTUS FRAUDATUSVE SIM; O III, 70. — quis in reliquis ... aquilonis austrive partibus tuum nomen audiet? R VI, 22. non .. sumus ii uos augures, qui avium reliquorumve signorum observatione futura dicamus; D II, 70. ea, quae bona malave videantur; T V, 87. quaecumque nova causa consultatiove acciderit; L II, 46. quae Graece *ἀναλογίαι*, Latine ... comparatio proportiove dici potest; Ti 13. »ast quando consules magisterve populi neo escunt ‖ erunt ‖«; L III, 9. »ne contagio mea bonis umbrave obsit«; T III, 26. ne ‖ nec ‖ tam vegeta mens .. in corde cerebrove ... demersa iaceat; T I, 41. quae cupiditatem laetitiamve moveant; T IV, 61. quod .. (lex) »forum ... bustumve usu capi« vetat; L II, 61. quaedam (iuvisitata) etiam ex hominum pecudumve conceptu (oriebantur); D I, 93. quod (carmen) infamiam faceret flagitiumve alteri; R IV, 12. si quid .. Sibyllae interpretes haruspicesve monuerunt; N III, 5. in quo libido cupiditasve sit; T IV, 57. si cousilio pulso libidines ... iracundiaeve tenerent omnia; R I, 60. ea genera beluarum, quae in rubro mari Indiave gignantur; N I, 97. quae in mari caelove fierent; D I, 13. visa .. ista oum acriter mentem sensumve pepulerunt; A II, 66. quae metum aegritudinemve ... moveant; T IV, 61. qui morte testamentove eius tantundem ‖ tantumdem ‖ capiat, quantum omnes heredes; L II, 48. in quibus si peccetur ... motu statuve deformi; F V, 35. cum sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamve referatur; Fa 6. quae (terra) oleam frugesve ferret; R III, 15. reliquae partes totumve corpus statu cum est motum; T III, 15. »ni par maiorve potestas populusve prohibessit«; L III, 6. sine ullis praemiis fructibusve; F II, 45. de privatis magistratibusve audiendis; L III, 43. neque .. est consentaneum nllam honestam rem actionemve .... deponere; Lae 47. cum reges popularesve homines largitiones aliquas proponunt; O II, 21. quod (lex) »rogum bustumve novum« vetat ... »adigi ‖ adici ‖«; L II, 61. »sacrum sacrove commendatum qui clepsit rapsitve, parricida esto«; L II, 22. non .. id praecipit, ut membra nostra aut staturam figuramve noscamus; T I, 52. suis studiis quibusdam occupationibusve sic impediuntur, ut ..; O I, 28. quom eam (quercum) tempestas vetustasve consumpserit; L I, 2. »magistratus nec obocdientem ... civem multa, vinculis verberibusve coherceto«; L III, 6. quid de ... vineārum olivetorumve specie plura dicam? C 57. ubi .. potest ilia aetas ... umbris aquisve refrigerari salubrius? C 57. ratio .. voluptatis non dolendive particeps; F II, 38. si haec ...

Digitized by Google

ad voluptatem utilitatemve referantur; O III, 118. in urbe mundove communi non adversatur ius; F III, 67.

2. **Adjectiva, adjectivische Participia, Zahlwort:** ut nec absit quid eorum nec aegrum debilitatumve sit; F V, 35. vetat ex agro culto eove, qui coli possit, ullam partem sumi sepulchro; L II, 67. qui liberalis benignusve dicitur; L I, 48. quo hae (res) maiores minoresve sint; F IV, 77. quod .. munus rei publicae adferre maius meliusve possumus? D II, 4. •sat potestas par maiorve prohibesit•; L III, 10. •par maiorve potestas plus valeto•; L III, 11. ſ. 1. populus. ut pedestres navalesve pugnas ... recordeutur; C 13. quod sit a dolore corporis praesenti futurove seiunctam; F I, 59. ut ad prosperam adversamve fortunam ... nihil interuit; N III, 89. quid rectum in oratione pravumve (esset); A I, 19. • populo aliquis unus pluresve divitiores ... extitissent; R I, 48.

3. **Adverbia:** quae nihil valerent ad beate misereve vivendum; F III, 50. cavet .. (natura ratioque), ne quid indecore effeminateve faciat; O I, 14. nihil ne in ipsa quidem pugna irascunde rabioseve fecerunt; T IV, 49. nec possunt dicere aliud alio magis miunsve comprehendi; A II, 128. sensim tardeve potius quasi nosmet ipsos cognoscimus; F V, 41. ne quid serviliter muliebriterve faciamus; T II, 55.

4. **Verba:** agendo aliquid considerandove (beatam vitam) quaeramus; F II, 41. capio: ſ. 1. tu. clepo: ſ. 1. sacrum. ea scientia ... consequentium repugnantiumve ratio potest perspici; F I, 63. nec (corpus esse) quod dirimi distrahive non possit; N III, 29. pugiles ... ingemescunt, non quod ‖ quo ‖ doleant animove succumbant, sed ... corpus intenditur; T II, 56. alter (animi fetus positus) in discriptione expetendarum fugiendarumque ‖ fugiendarumve ‖ rerum; T V, 68. quae fierent futurave essent; D II, 19. quid faciendum fugiendumque ‖ fugiendumve ‖ sit; O I, 101. si quid ... fecerint locutive sint; O I, 148. si ostenti simile natum factumve quippiam; D II, 149. •sat im cum illo (auro) sepeliet uretve, ‖ sepelire ureve ‖ se fraude esto•; L II, 60.

5. **Wiederholung desſelben Wortes:** quid faciendum non faciendumve sit; F I, 47. •iuris disceptator, qui privata iudicet iudicarive iubeat•; L III, 8. omnes, quicumque nati sunt eruntve; T I, 9. qui (Protagoras) esse negat omnino de deis habere quod liqueat, sint, non sint qualesve sint; N I, 29.

6. **ausgeführtere Satzteile und Sätze:** si (voluptas) ... pluris esse contendat dulcedinem corporis ex eave natam laetitiam; F III, 1. •quid petam praesidi aut exequar quove nunc auxilio ? ‖ aut ‖ exili aut fuga freta sim'?•; T III, 54. unde omnia oreruntur quove recideremt; T V, 10. ex eave .. putes ullam in philosophia vocem emissam clariorem, ullumve esse philosophiae promissum uberius; T V, 19. quis .. Hippocentaurum fuisse ... putat? quaeve anus tam excors inveniri potest, quae illa ... portenta extimescat? N II, 5. (di) singulos diligunt, ut ... secundo (bello Punico) Maxumum, Marcellum ... patrumve memoria Scipionem, Laelium; N II, 165. ut ... natura ... nec fruges terrae bacasve arborum ... dedisset, nisi ..., materiave quicquam ‖ quid ‖ iuvaret, nisi ..; D I, 116. si quando .. regi iusto vim populus attulit regnove eum spoliavit; R I, 65. •quotcumque senatus creverit populusve iusserit•; L III, 8. •quom senatus creverit populusve iusserit•; L III, 9. •vosne velit an me regnare era, quidve ferat Fors•; O I, 38. •si quid ego ‖ te ‖ adiuero curamve levasso•; C 1.

vectigal, Abgabe, Gefälle, Zoll, Einkünfte: I. sum: optimum .. et in privatis familiis et in re publica vectigal duco esse parsimoniam; R IV, 7. non intellegunt homines, quam magnum vectigal sit parsimonia; P 49. non esse cupidum pecunia est, non esse emacem vectigal est; P 51.

II, 1. antepono: ut gloria divitiis, vectigalia urbana rusticis (anteponantur); O II, 88.

augeo: aucta vectigalia; O III, 87.

defendo: nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere; O III, 88.

tueo: •censores ... aerarium vectigalia tuento•; L III, 7.

2. antepono: ſ. 1. antepono.

3. utor: tantis vectigalibus ad liberalitatem utens; F I, 48.

4. redundo ex: ex meo tenui vectigali detractis sumptibus cupiditatis aliquid etiam redundabit; P 49.

III. augere: ut ... rem publicam augeant imperio, agris, vectigalibus; O II, 85.

posse: quod populus Romanus tantis vectigalibus iam pridem vix potest; P 45.

IV. Fragment: vectigalium; fr X, 4.

vectigalis, steuerpflichtig, tributpflichtig: civitates: ut eae (civitates) rursus vectigales essent; O III, 87.

socii: qui piratas inmunes, socios vectigales habemus; O III, 49.

vectio, Ziehen, Reiten: efficimus etiam domitu nostro quadripedum vectiones; N II, 151.

vectis, Hebebaum, Brechſtange: I. circumplicat: qui quondam ‖ quodam, cum ‖ ad eum (coniectorem, interpretem) retulisset quasi ostentum, quod anguis domi vectem circumiectus fuisset: „tum esset", inquit, „ostentum, si anguem vectis circumplicavisset"; D II, 62.

sunt: quae ferramenta, qui vectes, quae machinae ... tanti muneris fuerunt? N I, 19.

II. circumicio: ſ. 1. circumplicat.

vector, Schiffer, Paſſagier: I. dicunt, al.: idem .. (Diagoras), cum ei naviganti vectores adversa tempestate timidi et perterriti dicerent non iniuria ... accidere ...., ostendit eis in eodem cursu multas alias (naves) laborantis; N III, 89.

II. e: si e vectoribus sorte ductus ad guberuacula accesserit; R I, 51.

vegetus, lebhaft, rege: mens: ne ‖ nec ‖ tam vegeta mens ... in Empedocleo sanguine demersa iaceat; T I, 41.

pars: ut illa tertia pars ... se vegetam ad somniandum acremque praebeat; D I, 61.

vehemens, heftig, leidenſchaftlich, entſchieden, energiſch: alqs: Sulla .. acerbiore odio incitatus, quam *si tam* sapiens fuisset, quam fuit vehemens; L II, 56.

alqd: sequemur ... id, quod vehemens atque forte (est); O I, 100.

actio: quid? vestra oratio in causis, quid? ipsa actio potest esse vehemens et gravis et copiosa, nisi est animus ipse commotior? D I, 80.

appetitus: etiamsi virtutis ipsius vehementior adpetitus sit; T IV, 62. ſ. **appetitus,** I, 1. abest. discedit. — 2 (B. I, S. 220, a).

domina: illa cupiditas ... honoris, imperii, provinciarum, quam dura est domina, quam imperiosa, quam vehemens! P 40.

impetus: multo .. in improbum civem vehementiores iratorum impetus esse; T IV, 43.

Digitized by Google

impulsio: omnia .. coagmentatio corporis ... aliqua impulsione vehementi labefactatur; Ti 17.

motus: principio necesse erat sensum exsistere unum communemque omnium vehementiore motu excitatum; Ti 44.

opinatio: definiunt .. animi aegrotationem opinationem vehementem de re non expetenda, tamquam valde expetenda sit; T IV, 26. est .. avaritia opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit; T IV, 26.

opinio: opinionem (definiunt) vehementem de re non fugienda ... tamquam fugienda; T IV, 26. ut inhospitalitas sit opinio vehemens valde fugiendum esse hospitem; T IV, 27.

oratio: ſ. actio.

orator: Demetrius Phalereus, ... orator parum vehemens; O I, 3.

perturbatio: omnibus .. ex animi perturbationibus est profecto nulla vehementior; T IV, 75.

plaga: quia profundenda voce ... venit .. plaga vehementior; T II, 56.

vis: vis populi multo saevior multoque vehementior (est); L III, 23.

vehementer, heftig, leidenſchaftlich, entſchieden, ſtark, ſehr, außerordentlich: I. **bei Verben:** adduco: quo (balistae et reliqua tormenta) sunt contenta atque adducta vehementius; T II, 57.

admiror: Hortensius .. vehementer admirans; A II, 63.

adsentior: illi alteri sententiae ... vehementer adsentior; A II, 148. quibus ego vehementer assentior; F III, 17. 57. iis, quae dicta sunt, vehementer adsentior; N III, 65. cui quidem auguri vehementer adsentior; D I, 105.

ago: numquam vehementius actum est quam me consule, ne solveretur; O II, 84.

amo: quem .. vehementer amarat, occiderat; T V, 60.

amplexor: quod eam voluptatem ... videtur amplexari saepe vehementius; F II, 28.

commoveo: vehementer .. amor multitudinis commovetur ipsa fama ... liberalitatis; O II, 32.

comprimo: cum ... illum pugnum arte vehementerque compresserat; A II, 145.

contendo: ſ. adduco.

contineo: nec .. ulla res vehementius rem publicam continet quam fides; O II, 84.

defendo: quarum (sententiarum) est una sola defensa, eaque vehementer; F V, 20.

dico: an tibi irasci tum videmur, cum quid in causis acrius et vehementius dicimus? T IV, 55.

displiceo: hoc Antiocho vehementissime displicet; A II, 133.

erro: vehementer errare eos, qui dicant ..; A II, 103. vehementer (Hieronymus) errat; F II, 9. quodsi qui ... rentur, vehementer errant; O II, 43.

exerceo: in quibus (casibus) me fortuna vehementer exercuit; T V, 3.

expeto: quae plerique vehementer expetant; O I, 28.

facio: nisi forte, quae vehementer, acriter, animose fiunt, iracunde fieri suspicamur; T IV, 51. quod et insani et ebrii multa faciunt saepe vehementius; T IV, 52. cum (anhelitus terrae) ... eius .. (nubis) tenuissimam quamque partem coeperint dividere ... idque crebrius facere et vehementius; D II, 44.

ferio: quod provisum ante non sit, id ferire vehementius; T III, 52.

frango: Theophrastus ... vehementius etiam fregit quodam modo auctoritatem veteris disciplinae; A I, 33.

incito: quae .. a ratione aversa incitata est vehementius, ea libido est vel cupiditas effrenata; T IV, 12. quorum studio legendi meum scribendi studium vehementius in dies incitatur; D II, 5.

ingemesco: hic cum exclamasset Laelius ingemuissentque vehementius ceteri; R VI, 12.

inflo: Antipater paulo inflavit vehementius; L I, 6.

insector: acerbius in aliquem invehi insectarique vehementius; Lae 57.

invehor: vehementius ... tu quidem invectus es in eam Stoicorum rationem; N III, 94.

laboro: quod vehementer eius (Posidonii) artus laborarent; T II, 61.

moveo: falsa .. eius visione ... moveri homines dico vehementius; T II, 42.

obduresco: quis contra studia naturae tam vehementer obduruit, ut ..? F III, 37.

orno: non intellego, cur (virtus) .. verbis tam vehementer ornanda ... videatur; T III, 37.

pello: fit ... saepe vocum gravitate et cantibus ut pellantur animi vehementius; D I, 80.

permoveo: vita mors, divitiae paupertas omnes homines vehementissime permovent; O II, 37.

perterreo: Marcum .. Varronem et M. Catonem ... vehementer esse perterritos; D I, 68.

pertineo: in iure cavere ... vehementer et ad opes augendas pertinet et ad gratiam; O II, 65.

probo: in ista ... re vehementer Sullam probo; L III, 22.

pulso: ea ipsa vitia naturam vehementius saepe pulsant; N II, 61.

reprehendo: Xenophanes ... de ipsa mente item reprehenditur, ut ceteri, de infinitate autem vehementius; N I, 28.

repugno: cum haec duo pro congruentibus sumunt tam vehementer repugnantia; A II, 44. illud vehementer repugnat; F V, 77. quae et per se sunt falsa perspicue et inter se vehementer repugnantia; N I, 30.

retineo: vehementer id retinebatur; R II, 56.

terreo: maris subita tempestas quam ante provisa terret navigantes vehementius; T III, 52.

torqueo: sin forte longinquitate producti (dolores) vehementius tamen torquent, quam ..; T V, 117.

volo: ista .. avi volat nulla vehementius; D II, 144.

II. **bei Adjectiven:** arduus: ut res geras ... [ut] vehementer arduas plenasque laborum; O I, 66.

carus: non modo carum sibi quemque, verum etiam vehementer carum esse; F V, 31.

moderatus: in eo (Philippus) vehementer se moderatum praebuit; O II, 73.

utilis: est .. etiam vehementer utile iis ... valere opibus; O II, 64.

vehiculum, Fuhrwerk, Fahrzeug, Schiff: I. conspicio: ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum e monte conspexit; N II, 89.

II. Pflanze: * et vehiculis tarditati; R III, 3.

veho, fahren, tragen, bringen, fortbewegen: I, 1. pecudes ad: cum videmus ... multitudinem pecudum partim ad vescendum, ... partim ad vehendum; T I, 69.

2. causa: equum vehendi causa, arandi bovem (esse generatum); N II, 37.

II, alqm: taurus, qui vexit Europam; N I, 78. num etiam in iis navibus Diagoram vehi crederent; N III, 89. equus, in quo ego vehebar; D II, 140.

animal: totum animal movebatur ... immoderate et fortuito, ut sex motibus veheretur; Ti 48.

cladem: »Graecia quam (cladem) Troiae divino numine vexit«; F V, 49.

cursorem: cursor ... visus est in somnis curru quadrigarum vehi; D II, 114.

Digitized by Google

onus: cuius generis onus uavis vehat; F IV, 76.
rationem: tamquam in rate in mari immenso nostra vehitur ratiu; T I, 73.
sacerdotem: cum .. illam (sacerdotem) ad sollemne ... sacrificium curru vehi ius esset satis longe ab oppido ad fanum; T I, 113.
viros: quae est nominata »Argo, quia Argivi in ea delecti ‖ dilecti ‖ viri vecti petebant pellem inauratam arietis«; T I, 45.

vel, oder, entweder — oder, selbst, sogar, auch nur, schon: A **Conjunction: I. ohne vel im ersten Teil: 1. einmal: a. allein: α. Substantiva und substantivische Pronomina:** Zeno vel Chrysippus si interrogetur ‖ interrogarentur ‖; A fr 20 (§. 8). Epicurus vel quis alius adversariorum negabit; A fr 20 (§. 10). uuus (finis) Aristippi vel Epicuri; F II, 35. primum ... videamus; verum ‖ velut, vel ‖ illud ante; A II, 116. qui (ardor caelestis) aether vel caelum nominatur; N II, 41. neque in homine inesse animum vel animam; T I, 21. non est .. in nostra potestate ... dissimulatio vel oblivio; T III, 35. ea libido est vel cupiditas effrenata; T IV, 12. transfer idem ad modestiam vel temperantiam; F II, 60. eius modi coniunctionem tectorum oppidum vel urbem appellaverunt; R I, 41.

β. Adjectiva, Participio: sunt .. etiam clariora vel plane perspicua ... indicia naturae; F V, 55. qui sit frugi .. vel, si mavis, moderatus et temperans; T III, 18. illa laetitia gestiens vel nimia dici potest; T IV, 13. ne maiorem quidem (solem) multo putat esse, vel tantum esse, quantus videatur; A II, 82. eadem Stoici »praecipua« vel »producta« dicunt, quae »bona« isti; T V, 47. quod praepositum vel praecipuum nominamus; F III, 53. quae probabilia vel veri similia putavi nominanda; A fr 19. illud quoque necesse est, declinare, quibusdam atomis vel, si volunt, omnibus naturaliter *; Fa 48.

γ. Adverbia: ita .. definit, ut ..., vel brevius, ut ..; T IV, 47.

δ. Verba: rem publicam ... quibus moribus aut legibus constituere vel conservare possimus; R II, 64. quae (vis) »auxerit« vel, ut tuo verbo utar, quae »fabricata sit« hominem; A II, 87.

ε. Dasselbe Wort: non sentiunt viri fortes in acie volnera, vel sentiunt, sed mori malunt ..; T II, 58.

ζ. Verschiedene Wortarten: si etiam bestiae multa faciunt ... indulgenter vel cum labore; F II, 109.

η. ausgeführtere Satzteile und Sätze: tantum .. (solem Epicurus) esse censet, quantus videtur, vel paulo aut maiorem aut minorem; F I, 20. id (principium) .. nec nasci potest nec mori, vel concidat omne caelum ... necesse est; T I, 54. R VI, 27. quod (.. sit a virtute profectum vel in ipsa virtute situm; T II, 46. fortitudo est vel scientia rerum perferendarum vel adfectio animi in patiendo ... summae legi parens; T IV, 53. »sublime veutis expulsum rapi saxum ..., vel globosos turbines existere ictos undis concursantibus«; N II, 89. »umnes (voces) ... vitare ingentem cladem ... monebant vel legum exitium constanti voce ferebant«; D I, 20. Tib. Gracchus regnum occuparc conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses; Lae 41.

b. Verbindungen: aut: illam iram centurio habeat aut signifer vel ceteri; T IV, 55.

dicam: quando .. nobis, vel dicam aut oratoribus bonis aut poëtis, ... ornatus defuit? F I, 10.

etiam: ſ. **etiam,** II, 4. vel; F III, 40. D I, 104. O I, 147. Lae 37 (§. 1, S. 879, b). — potius: ſ. **potius,** 1, 2. vel (41 St.) S. 135, b.

sane: pauca mutat, vel plura sane: F IV, 13. pungit dulor, vel fodiat sane; T II, 33.

2. **dreimal:** in omni .. arte vel studio vel quavis scientia vel in ipsa virtute optimum quidque rarissimum est; F II, 81. fortitudo est .. adfectio animi legi summae in perpetiendis rebus obtemperans vel conservatio stabilis iudicii ... vel scientia rerum furmidolosarum ... vel brevius, ut Chrysippus; T IV, 53.

II. **mit vel im ersten Teil:** 1. **zweimal:** a. **allein:** α. **Substantiva:** ea enim vel ... vel ... et ... e Philone vel ex ullo Academico audivisset aliquando; A II, 11. quid inter eum et vel Pyrrhonem vel Aristonem interesset? F IV, 60. ex qua vita aut summi viri urnaatur, ut vel M. Curius ... vel *; R III, 6. peccavit igitur (rex), pace vel Quirini vel Romuli dixerim; O III, 41. utrum .. utilius vel Fabricio .... vel senatui nostro ..? O III, 87. eorum (aestuum) ... vel accessus vel recessus sine deu fieri non possunt? N III, 24. quanta esset huminum vel admiratio vel querella; Lae 2. labur est functio quaedam vel animi vel corporis gravioris operis; T II, 35. si propinquos habeant inbecilliore ‖ inbecilliores ‖ vel animo vel fortuna; Lae 70. ubi .. potest illa aetas .. calescere vel apricatione melius vel igni? C 57. maiore quadam opus est vel arte vel diligentia; A II, 45. quibuscumque rebus vel belli vel domi poterunt; O II, 85. quam (beneficentiam) eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet; O I, 20. quem .. ille (Ennius) versum vel brevitate vel veritate tamquam ex oraculo mihi quodam esse effatus videtur; R V, 1. munera .. ista ... vel civibus tuis vel dis immortalibus dona; T V, 90. dirimi .. (amores) interdum contentione vel uxoriae condiciuuis vel commodi alicuius; Lae 34. qualis ille vel consul vel civis .... fuit! F II, 62. quarum (perturbationum) ... altera .... vel cupiditas recte vel libido dici potest; T III, 24. quod sit vel a dis inmortalibus vel a natura parente omnium constitutum; T I, 118. id .. esse ... maximum .. virtutis vel documentum vel officium puto; R I, 33. vel domino satis facere vel populo; T II, 41. quin iis praesit aliquis vel effector ... vel .... moderator; T I, 70. opes vel fortunae vel ingenii liberalitati magis conveniunt; F I, 52. vita .. talis fuit vel fortuna vel gloria, ut ..; Lae 12. ut ... corpus miscere videatur .. cum quovis aliu vel homine vel deo, saepe belua; D I, 60. ii .... haec ipsa eripiunt vel instrumenta vel ornamenta vitae; A II, 31. illud genus vel libidinis vel cupiditatis; T IV, 44. etiamsi vel ‖ nec, et ‖ mala sint illa .... vel ‖ nec, et ‖ bona; T IV, 61. cum id vel natura vel casus efficere potuisset; D II, 57. siquidem ea (natura deorum) subiecta est ei vel necessitati vel naturae; N II, 77. sic erat in omni vel officio vel sermone solitus; R II, 37. mediocritas vel perturbationum vel morborum animi; T III, 22. quid .. efficitur ...? imperia, regna vel privatis vel populis; R III, 24. mens mundi cum ... vel prudentia vel providentia appellari recte possit; N II, 58. quae (voluptates) ... vel recordatione vel spe cogitentur; T III, 37. quae sit vel sterilitas agrorum vel fertilitas futura; D I, 131. declarari ... earum rerum ... vel ubertatem vel tenuitatem; D II, 30. quae (fortuna populi) posita est in unius ... vel voluntate vel moribus; R II, 50. qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem ... vel vacuitatem doloris; F II, 42. coniunctio .. cum hunestate vel voluptatis vel non dolendi; F V, 22. qui res expetendas vel voluptate vel indolentia metiuntur; O III, 12. si velim ... canere vel voce vel fidibus; D II, 122.

β. Adjectiva, adjectivische Pronomina,

Digitized by Google

